# OBSERVATIO C.

*Inſtrumentum Obligationis, in quo Uſuræ ſemiſſales in ſtipulationem deductæ, in Camera non confirmatur, niſi dictæ Uſuræ ad 5. pro Cent. reductæ fuerint.*

§. 1.

QUandoquidem non niſi licitis negotiis autoritas Judicialis adhibenda, idcirco eadem iſtiusmodi Obligationi confirmandæ adhiberi nequit. Hinc nuper in Cauſa **Graf zu Wiedt-Runckel**, decret. **noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern woſern** Supplicant **von beyderſeitigen** Contrahenten **eine** Special-**Vollmacht, ſo dann eine anderweite** Obligation, **worinnen nur überhaupt** 5. pro Cent **Zinßen beliebt worden, beybringen würde, ſoll ferner ergehen, was Recht iſt.**

§. 2.

Id tamen in genere notes velim, quod ſi Inſtrumentum Obligationis conditionem Uſurarum ſemiſſalium continet, reductionem ad quincunces fieri non poſſe, quam quoad nondum ſolutas.

Inter omnes quidem conſtat b. DE MEYERN Uſuras ſemiſſales peculiari *Tractatu*, **von der Rechtmäßigkeit des Sechſten Zinß-Thalers in Teutſchland** defendiſſe. Praxin autem Supremorum principium hoc deſerere, probat formulâ notiſſima: **jedoch werden die Zinßen auf den Reichs**-Conſtitutions-**mäßigen Fuß** à 5. pro Cent **hiermit** reducir**et**, ac præterea principium dictum Conſtitutionum Imperii fundamento deſtitui, ſolide deduxit b. HOMBERGCKIUS, olim Acad. Marpurg. Pro-Cancellarius meritiſſimus. Quæritur autem an reductio iſta tantum quoad reſtantes adhuc Uſuras, an vero etiam quoad ſolutas fieri queat. L. B. DE WERNHER *Obſervat. CCI. P. V.* exiſtimat, quicquid ultra quincunces Uſuras à debitore ſolutum eſt, Creditorem hodie in ſortem imputare teneri. Cui Sententiæ calculum addere nequeo, ex hac ratione, quia debitum uſurarum ſemiſſalium promiſſarum debitum naturale eſt, nec obligatio naturalis perfecta ex Pacto in totum reprobata reperitur *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 174.* imo potius diſpoſitum: **was an** Capital **oder Zinſen allſchon bezahlet iſt, derowegen keine Zurückforderung oder Abkürtzung ſtatt haben ſoll.** Quem vero latet, ad condictionem indebiti requiri, ut indebitum tale ſolutum, quod nec Jure Na-

turæ

turæ debetur, modo obligatio naturalis perfecta in totum Jure Civili reprobata non ſit. Condictione indebiti autem deficiente reductionem locum habere, qui vel primis tantum labiis Jurisprudentiam tetigit, haud affirmabit. Ecquid opus eſt verbis, ubi rerum teſtimonia adſunt! Attendamus modo ad Concluſum in Cauſa **Enders Erben** contra **von Creylsheim**, d. 13. Septembris 1742.: Fiat Mandatum de ſolvendo debita Capitalia cum Uſuris, **welche** *NB.* **jedoch ſoviel daran nicht bezahlet worden, nach dem Reichs**-Conſtitutions-**mäßigen** Quanto **derer** 5. pro Cento **zu** reduci**ren**, S. C. ſub pœna 5. Marcarum auri, annexa Citatione ſolita & Termino 2. Menſ. ſimiliter in Cauſa de Campoin **Fräulein Maria Lucretia** contra **den Grafen Ferdinand Maximilian zu Yſenburg-Wächtersbach**, puncto debiti liquidi à **Zwey Tauſend Gulden** d. 11. Junii 1742.

1.) Fiat Mandatum de ſolvendo vel dimittendo Hypothecam S. C. ſub pœna 5. Marcarum auri & Termin. 2. Menſ. annexa Citatione ſolita.

2.) **Werden die verfallen, und** NB. **noch unbezahlte** Intereſſen **auf den Reichs**-Conſtitutions-**mäßigen Fuß** à 5. pro Cent **hiermit** reduci**ret.**

Addendum hic quod Mevius (*a*) inculcat: *nec facit vulgo ſex accipi & ſolvi. Id quippe non facit eam Juris neceſſitatem, ut quisque ſolvere teneatur, ſed tantum ut paciſci licitum ſit.*

§. 3.

Hinc & Uſuræ ſemiſſes quas debitor promiſit & ſolvere haud renuit, permiſſæ ſunt. Licet enim *Receſſus Imperii Noviſſimi* diſpoſitioni *§. 172. ſeqq.* puncto legitimæ quantitatis Uſurarum, calamitates Belli Tricennalis cauſam dederint, generatim tamen, ultra quincunces ſibi ſtipulari quisque prohibitus. Quo ipſo ratio prohibitionis generalis hæc collectu facilis, quod debitor neceſſitate coactus, majores Uſuras promiſiſſe præſumendus ſit. Ob quam Uſuræ ultra quincunces pro mordentibus, ipſo jure divino prohibitis habendæ, **und was darüber für Wucherlich zu achten**, juxtà *Reformat. Polit. 1530. Tit. 26. §. 8.* Quis vero Uſuras ſemiſſes, quas debitor ſponte offert, & ſolvere haud detrectat mordentes, quis easdem ex neceſſitate pro-

 miſſas

(*a*) *part. 4. deciſ. 205.*

miſſas dixerit? Quapropter quia ratio *Receſſ. Imper. Noviſſ.* ſub data Hypotheſi ceſſat; in cauſa von Seipp Wittib modò deren Töchter und Erben contra den Herrn Hertzog Anton Ulrich zu Sachſen-Meinungen, Reſcripti puncto debiti nunc Executionis d. 12. Auguſti 1743. Concluſum:

1mò.) Fiat petita renovatio Commiſſionis auf die ausſchreibende Herren Fürſten des Fränckiſchen Creyßes in Conformitate prioris &

2dò.) Cum incluſione Exhibiti de præſentat. 31. Octobris a. p. reſcribatur eisdem, das aufgehabte Commiſſions-Geſchäffte ohnverweilt reaſſumiren, und fort ſetzen zu laſſen. Und nachdem der Herr Hertzog in der Beylage ſub Lit. H. ſich dahin erkläret, daß, wann in der Anno 1731. den 2ten Decembris ausgeſtellten- und gleichfalls ſub Lit. A. angefügten Obligation ſich finden ſollte, daß er revera 6. pro Cento verſprochen habe, er gar wohl geſchehen laſſen könne, daß nach ſolcher verbindlichen Zuſage ihr die diſputirte Intereſſen à 6. pro Cento zuerkannt werden mögen; ſo wäre auch bey ſo geſtallten Umſtänden, und in Anſehung ſeines eigenen Erbietens auf dieſen Sechſten Zinß gebührende Reflexion zu machen, von dem Erfolg auch zu ſeiner Zeit an Ihro Kayſerliche Majeſtät gehorſamſten Bericht zu erſtatten.

§. 4.

Uſuræ ſemiſſales quoque permiſſæ ſunt, ſi ſub ſe comprehendunt id quod intereſt. Inſtrumentis Obligationum interdum ſequens inſerta legitur Clauſula: mit 6. pro Cent (als welche wir in Anſehung des dadurch erhaltenen beſondern Nutzens ꝛc.) ſo wohl, als daß ſich die Herren Creditores erkläret haben, die Wieder-Bezahlung auf ſo lange Zeit hinaus zu ſetzen, auch allenfalls, wenn nach Ablauff gedachter Jahr keine weitere Erſtreckung folgen ſollte, die Wieder-Bezahlung particulariter anzunehmen, hiermit bedächtlich ſtipuliret, wie minder nicht zugleich denen dagegen etwa vorhandenen, anbey auf dieſen Fall ſich gar nicht appliciren laſſenden Reichs-Conſtitutionen auf das verbindlichſte entſaget haben.

Videtur hæc Clauſula ad palliandas Uſuras ſemiſſales Jure prohibitas inventa, eidemque refragari, quod conventio qua determinatur Intereſſe de quantitatibus præſtandum legitimum Uſura-

Uſurarum modum excedere nequeat *L. 44. ff. de Uſur. L. 15. Cod. dict. tit.* Sed perpendas velim Reſcript. Cæſar. in Cauſa von Oſtein contra Brandenburg-Culmbach, Mandat. d. 29. Aprilis 1723. ad Electorem Moguntinum qua Epiſcopum Bambergenſem & Ducem Gothanum emiſſi, paſſum ſequentem: Wenn nun bey uns inzwiſchen, und zwar ſub præſentat. 6. Aprilis nuperi beſagten Marggrafens zu Brandenburg-Culmbach Liebden, mit einer fernerweiten Paritions-Anzeige eingekommen, und die angeregte 6. pro Cento Jährlicher Zinßen auf 5. zu reduciren gebetten, wir aber dieſes Begehren als unſtatthafft verworffen, und es bey ſo fürwaltenden die Erſetzung des aus der, auf erwehnten Marggrafens Liebden Erſuchen, bewilligten Prolongation des in der Verſchreibung beſtimmt geweſenen Zahlungs-Termins erwachſenen Schadens betreffenden ſonderbaren Umſtänden, bey dem von Anno 1712. anerbottenen Sechſten pro Cento ferner bewenden laſſen;

Als haben Wir Euer Liebden Liebden ein ſolches hierdurch zu dem Ende gnädiglich und gnädigſt kund machen wollen, auf daß Sie ſich hiernach richten, und zwiſchen beyden Theilen die Abrechnungen pflegen laſſen mögen.

Aperte hac in Cauſa Uſuræ ſemiſſales ad quincunces non reductæ, quia Intereſſe ſub ſe comprehendebant, & quidem Jure propitio: Uſurarum enim quantitas non attenditur, ubi verum Intereſſe doceri poteſt, de vero autem Intereſſe ſub data hypotheſi æque minus ac in Caſu hoc dubitari poteſt, partim ob ſimile damnum ex Prolongatione Termini Solutionis emergens, partim ob incommoda haud pauca particularis Solutionis, quorum intuitu particulariter invito Creditori ſolvi non poſſe, omnes fatentur.

Nec quicquam operantur citatæ Leges, ut Sententiam hanc deſeramus. Loquuntur enim de pœna Conventionali, quam legitimum Uſurarum modum egredi poſſe, negant. Ab hac vero ad Uſuras ſemiſſales, quæ Intereſſe verum ſub ſe continent, conſequentia non valet, niſi ita argumenteris: ſi Intereſſe Conventione determinatum ad legitimum Uſurarum modum uſque Jure ſubſiſtit, Uſuræ ſemiſſales quoque, imo multo magis ſubſiſtunt, ſi Intereſſe verum determinatum, quoad exceſſum tantum ultra legitimum Uſurarum modum ſub ſe continent. No-

tatu quoque dignum eſt Concluſum Judicii Imper. Aul. de 29. Maji 1726. ſequens: **Rhoſt von Eyſenhardt** contra **von Mohrenfeld**, Appellationis in puncto debiti Cambialis.

*Abſolvitur Relatio & Concluſum:*

Fiat *Sententia.*

1.) **Daß die, Inhalts der Mohrenfeldiſchen Haupt-** Obligation de dato 31. Januarii 1714. **vorgeſchoſſene Zweymal Hundert Achtzig Tauſend Gulden, als ein wahrer Zinßbarer Haupt-Stuhl, derer bey dieſer Sache vorgekommenen gantz beſondern Umſtänden und derſelben Eigenſchafft nach, zum Grund der Berechnung geleget bleiben.**

2.) **Der von Mohrenfeld dem Rhoſt von Eyſenhardt** ab eodem dato **ſo wohl, als von dem zweyten** Capital **derer** 5087. **fl.** à dato Obligationis, **nemlich vom letzten** Januarii 1715. **die** Intereſſen **mit** 12. **von Hundert, fortan biß zu ſeiner des von Eyſenhardt gäntzlich und endlicher Befriedigung gut zu machen.**

Hoc Caſu 12. pro Cent. non tanquam Uſuras, ſed ceu id, quod intereſt, adjudicatas fuiſſe, res ipſa docet.

## OBSERVATIO CI.

### *Inconveniens eſt petitum ad Suprema Imperii Tribunalia directum pro Confirmatione Inſtrumenti Obligatorii, quæ fere fidejuſſioni æquipollet.*

NOta eſt conſueta etiam in Supremis Imperii Tribunal. Confirmationis formula. Sed ultra eandem interdum quoad Inſtrumenta obligatoria, ſpecialis Conceſſio (Special-**Vergünſtigung**) petitur, imo nonnunquam pro ſupplendo Agnatorum Conſenſu ſub obtutu Curatelæ Supremæ ſupplicatur. Utrumque petitum fidejuſſionem virtualiter involvit; adeoque ineptum eſt.

Quodſi igitur Creditores formula conſueta Confirmationis contenti eſſe nolunt, attamen Negotium omnibus intereſſentibus utile videtur; cavendum ne formulæ Decreti alterutrum, vel in genere æquipollentia Fidejuſſionis inſerantur, ſed omnia Prudentiæ ipſorum Creditorum cautelisque eorundem relinquenda: ſicut factum in Cauſa Camerali **Görtziſche** Confirmation Obligationis **betreffend**, d. 15. Januarii 1752. formula Decreti

creti ſequente: Iſt die gebettene Confirmation der ſub Num. 3. beyliegenden Schuld- und Pfand-Verſchreibung über Ein Hundert Tauſend Gulden dergeſtalten, daß Inhalts derſelben nur Vätterliche an ſich liquide Schulden mit gedachten Geldern abgetragen werden, und die neue angegebene Creditores, daß dieſes alſo würcklich geſchehe, ſelbſten beſorgt ſeyn ſollen, auch zu ihrer Sicherheit Jura derer damit bezahlten Glaubigern ſich cediren laſſen mögen; mithin der Vormundſchafftliche Conſens Nahmens derer beyden noch minderjährigen Grafen von Schlitz, genannt von Görtz, nur ſolcher-geſtalt zu ertheilen ſeye; hiermit erkannt, und nothdürfftige Urkund darüber verwilliget; übriges Begehren aber abgeſchlagen.

Cui inhæſive ulterius d. 21. Aprilis 1752. decretum: Iſt Supplicant auf das unterm 15. Januarii nup. ertheilte Decretum und deſſen Inhalt verwieſen, und wann derſelbe eine anderweite dahin eingerichtete Schuld- und Pfand-Verſchreibung produciren, mithin um gewöhnliche Confirmation anruffen wird, ſoll ferner ergehen, was Recht iſt.

## OBSERVATIO CII.

*Uſuræ nondum ſolutæ, licet ſummam Sortis multoties excedant, & in plura Altera Tanta excreſcant, attamen Creditori Praxi Camerali recentiſſima adjudicandæ, nec attendenda diſtinctio inter moram extrajudicialem & judicialem.*

§. 1.

EQuidem in *L. 26. §. 1. ff. de Condict. indebit.* & *L. 10. Cod. de Uſur.* deciſum, quod Uſuræ alterum tantum, id eſt ſortis quantitatem egredi nequeant, ne quidem in bonæ fidei Contractibus v. gr. Emtione Venditione, *L. 27. §. 1. Cod. de Uſur.* quamvis NB. particulatim ſolutæ ſint. Quod poſterius tamen Jure Codicis mutatum eſt per *L. 10. Cod. de Uſur.* & quidem non propterea (quæ eſt Cenſura WISSENBACHII) quod ANTONINI Reſcriptum citatis Legibus comprehenſum ſana ratione deſtituatur, & alias meliore Conditione fuiſſet acerbus Uſurarum exactor, quam benignus dilator, & è contrario deteriore Conditione foret diligens in ſolvendis Uſuris Debitor, quam

quam tardus (*a*), ſed ex longe aliis rationibus , & potiſſimum ex illis , quod Uſuræ jam ſolutæ , naturam Uſurarum perdiderint , & tempore computationis ejus , quod adhuc debetur, tanquam ſors accipiantur (*b*). Adeo odioſus hic exceſſus CARPZOVIO aliisque apud BERGERUM (*c*) viſus , ut ne quidem beneficio Legum , quæ Curſum Uſurarum ultra Alterum Tantum cohibent , renunciari queat. Nec petito ejus ſub involucro Intereſſe deferendum eſſe putant , quod Sententia eorum , qui Intereſſe ultra Alterum Tantum peti poſſe perhibent , aperte pugnet cum *L. unic. de Sentent. quæ pro eo quod intereſt* , & tam lucide refellatur à TABORE (*d*), ut ſuſtineri nullo modo poſſit (*e*).

Saltem ſub obtentu generali lucri ceſſantis & damni emergentis petitum non admittunt , ſed probationem ejus prius injungunt (*f*). Tunc vero non ſunt proprie Uſuræ , quæ lucri cauſa taliter denominantur , ſed compenſatio damni vel lucri ceſſantis , quod revera Creditor patitur v. gr. quando reus ex alieno agro tot Annorum fructus actualiter percepit, ut duplum egrediantur. Quo caſu utique ceſſaret Conſtitutio dupli : cum alioqui Regula æquitatis naturalis offenderetur, quæ non patitur, unum fieri locupletiorem cum damno alterius (*g*).

§. 2.

Pari ratione Conſtitutionem dictam ceſſare contendunt, ſi Uſuræ in litem deductæ, & poſt litem ultra Alterum Tantum excrevere (*h*). Sunt quoque qui Uſuras privilegiatas ſtatuunt, quæ petuntur v. gr. à Pupillo, Cauſa pia, & iis, qui beneficio Minorum gaudent , de quibus BERGERUS (*i*). Iis tamen ſe iterum

(*a*) WISSENBACH. *in Cod. citat. Tit. theſ. 32.*
(*b*) HUBER. *Prælect. Jur. Civil. lib. 12. tit. 1. §. 28.*
(*c*) *Oeconom. Jur. lib. 3. tit. 8. §. 10. not. 5.*
(*d*) *de Alter. Tant. pag. 3. Artic. 13.*
(*e*) vid. LEYSER. *Meditat. ad Pandect. ſpecim. 250. meditat. 4.* ac præ aliis WERNHERUS *in Diſſertat. de Uſur. permodum Intereſſe ultra Alter. Tant. non exigend.* HUBERUS *Prælect. ad Jus Civil. citat. loc. §. 29.*
(*f*) vid. LYNCKER. *in Diſſertat. de eo quod intereſt ſect. 3.*
(*g*) vid. HUBERUS *Prælect. citat. §. 29.*
(*h*) vid. BERGERUS *Oeconom. Jur. citat. loc. not. 3. ut in Reſolut.* LAUTERBACH. *pag. 498.*
(*i*) *citat. loc. not. 5.*

iterum opponit HUBERUS (*k*) defendens, Legem de duplo non excedendo, pertinere ad omne genus Uſurarum, utut privilegiatis competentium, cum noſtrum non ſit, diſtinctiones comminiſci, ubi Leges non diſtinguunt.

A quibus vero b. DE LUDEWIG (*l*) diſſentit, ſtatuens prohibitionem Juris Civilis de ſolvendis Uſuris ultra ſortem, vel nunquam receptam, vel pridem uſu fori abrogatam eſſe, provocando ad diverſas Conſtitutiones Patriæ, præcipue Legem Magdeburgicam Principis & Ordinum Provincialium unanimi Conſenſu latam, **in der Magdeburgiſchen Policey-Ordnung** *cap. 51. §. 1.* ubi Ratio ſemel iterumque repetita eſt, quod quincunces non tam definiant fœnus & uſuras, quam id quod intereſt. Cujus Sententiæ ſtabiliendæ gratia aſſerunt, quod prohibita alterius tanti ſolutio & Creditori manifeſtam injuriam, & debitori perfido & ingrato præſtet Patrocinium, imo in Commerciis fideque Civium, nimium quantum obſtet ſaluti Reipublicæ, addentes autoritates Doctorum & JCtorum idem ſentientium plures, in ſpecie COTHMANNI (*m*) ibi: *Exceptio, ne Uſuræ ſuprà Alterum Tantum, aut duplum exigantur, ſenatui patrocinari nequit: nam hodie, quamdiu durat mutuum tamdiu præſtandæ ſunt Uſuræ etiamſi centum vel mille Annos duraret obligatio, quod ipſum experientia quotidiana non ſolum comprobat, ſed & Juris ratio confirmat, cum Uſuræ hodie non ut Uſuræ, ſed ut Intereſſe & lucrum ceſſans publica Lege taxatum debeantur &c.* jung. b. DE LUDEWIG (*n*).

§. 3.

Quibus cauſalibus tamen graviores eſſe eas, quæ pro æquitate definitionis Uſurarum ad modum, & ejus uſu in Foris Germaniæ, niſi per ſpeciales Provinciarum Leges aliter cautum fuerit, militant, haud pauci exiſtimant, quas tamen hic adducere, eo minus operæ pretium eſt, quo magis id jam præſtitum à multis, præſertim HAHNIO (*o*) cum refutatione argumentorum



(*k*) *Prælect. citat. §. 29.*

(*l*) *in Diſſertat. Jur. Roman. & German. in Uſuris præcipue ultra Alterum Tantum Diſſertat. 11. num. 7.*

(*m*) *Volum. 2. Reſponſ. 52. num. 259.*

(*n*) *in Hallenſ. Diurn. de Anno 1739. num. 25. pag. 417.* **in denen gelährten Anzeigen** *Part. II.* **im** *181***ten und** *182***ten Stück.**

(*o*) *in Diſſertat. de Altero Tanto præcip. Uſurario per tot.*

pro Sententia contraria à variis allatorum: imo eorum, qui ſtatuunt, Exceptionem de altero tanto adhuc hodie in Foris Germaniæ obtinere, & juxtà diſpoſitionem Juris Civilis judicari, plures, ſaltem numero pares reperiuntur (*p*).

§. 4.

Quod ſi jam quæſiveris, quid Praxi Cameræ Imperialis receptum ſit; evolve quæſo PETR. FRIDER. MINDAN. (*q*) ubi ait: *Uſuris ſortem duplicantibus ceſſant quidem de Jure Roman. Uſuræ, verum hoc ex probabili Legitimarum Uſurarum ratione hodie non attenditur, ſed quamdiu durat mutuum, tamdiu præſtantur Uſuræ, etiam ſi centum vel mille Annos duraret obligatio* (*r*). Cui jungatur LAUTERBACH (*s*) tradens Alterum Tantum *in Camera Imperiali dubio planè carere, etiamſi Uſuræ nondum ſolutæ ſummam ſortis multoties excedant, & in plura Altera Tanta excreſcant.* Mihi quoque innumeri caſus noti ſunt, in quibus pro Altero Tanto pronunciatum. (*t*).

## OBSERVATIO CIII.

### *De Proceſſu communicativo in Judicio Camerali & Imperiali Aulico.*

§. 1.

NOtatu digniſſima ſunt verba Ordinationis Judicii Imperialis Aulici ſequentia (*II. 9.*): **hingegen wollen wir ſie an andere unnöthige Gerichts-Solennia, dadurch dem Hauptwerck und genugſamer Erkundigung der Wahrheit nichts zu- und abgehet, keines weges verbunden, ſondern vielmehr auf den gemeinen Nutzen und Förderung der heilſamen Juſtitz verwieſen, und verpflichtet haben.**

In horum conformitate quemadmodum in Judicio Imperiali Aulico introductus Proceſſus Reſcriptorum S. & C. C. ita quoque

(*p*) vid. CARPZOV. *Definit. Forenſ. part. 2. conſtitut. 30. definit. 26. num. 4. ſeqq.* BERLICH. *part. 1. deciſ. 39. num. 8.* RICHTER. *part. 2. deciſ. 74. num. 85. & ſeqq.*

(*q*) *Proceſſ. Camer. Imper. lib. 2. cap. 78. artic. 6. num. 51.*

(*r*) ZANGERUS *de Except. cap. 25. num. 40.* CHRISTOPH. DE HAGEN. *cap. 5. num. 128.* FINCKELTHAUS. *obſervat. 40. num. 14. it.*

(*s*) *in Colleg. Pandectar. lib. 22. tit. 1. §. 16. in fine.*

(*t*) Conf. tamen *Opuſc. meorum Tom. III.* XVIII. *§. 7. pag. 470. & ſuprà Obſervat.* XXIII.

quoque uſu invaluit Proceſſus, qui peragitur ſola communicatione Exhibitorum donec cauſam ita inſtructam cenſeat Judex, ut prævia Exhibitorum relatione, definiri queat, dictus propterea Communicativus.

Unde ſtatim liquet, hoc Proceſſu numerum ſcriptorum ordinarium minui, & reliquas ambages Proceſſus ordinarii evitari poſſe, ut & locum eundem habere, ubi ambages Proceſſus Citationis qualitas cauſæ non admittit, nec tamen Mandatis S. C. nec Reſcriptis S. vel C. C. locus eſt, tam in cauſa principali quam incidente, velut puncto incompetentiæ fori, interventionis, edoctæ Paritionis, medio quoque in curſu Mandati & Reſcripti S. C. ſalvo tamen eodem, prout ſequentibus Concluſis Judicii Imperialis Aulici cuivis ad oculum patebit.

§. 2.

In cauſa **von Schenck zu Schweinsberg, Weyland Friederich Wilhelm nachgelaſſene Wittib und Töchter Eliſabetha Dorothea, verehelichte von Thüngen, und Johanna Friderica** contra **Carl Ludwig Schenck von Schweinsberg**, puncto Hæreditatis Paternæ & Fraternæ ſupplicabatur pro decernendo Reſcripto de ex ſolvendo pecuniam defuncto parenti loco Legitimæ in Teſtamento Avito determinatam una cum portione ex hæreditate fraterna competente, necnon edendo Inventarium vel juratam ſpecificationem maternorum & deſuper ſatisfaciendo. Simul vero exhibebatur **allerunterthänigſte Vorſtellung und Bitte**, pro clementiſſimè ob intus edoctum moræ periculum maturanda reſolutione ad Supplicam & deferendo ejusdem petito. Mandatum igitur decerni non poterat, quoniam pro Reſcripto tantum ſupplicabatur. Sed nec ad hoc qualificata erat cauſa: neque tamen ambages Proceſſus Citationis admittebat. Hinc Concluſum d. 26. Januarii 1744. communicetur parti impetratæ Exhibitum d. 26. Septembris a. p. cum Termino 2. Menſium & 31. Martii 1744. detur parti impetratæ petitus Termin. 4. Septim. **zu Beybringung ſeiner Gegen-Nothdurfft.**

Cumque dein exhiberetur Exceptio fori incompetentis concluſum d. 17. Aprilis d. a. communicetur Exhibitum de præſentat. 13. hujus parti Impetranti, **um ſich** ſuper Exceptione Fori incompetentis in Termin. 2. Menſ. **vernehmen zu laſſen.** Ac dein d. 26. Junii d. a.

 1.) De-

1.) Detur parti Impetranti petitus Termin. 2. Menſ. ad ſatisfaciendum Concluſo d. 17. Aprilis nup.

2.) Ponatur interim Exhibitum partis Impetratæ d. 1. Junii ad Acta, und ſolle zu ſeiner Zeit nach Befinden darauf behörig reflectiret werden, nec non d. 25. Auguſti 1744. communicentur replicæ parti Impetratæ, um ſich puncto Fori in Termino 2. Menſ. falls er etwas Erhebliches dagegen einzuwenden hätte, weiters vernehmen zu laſſen, ac porro d. 5. Novembris d. a. communicentur Duplicæ puncto Fori incompetentis parti Impetranti ad notitiam, quo facto referantur Exhibita; ut adeo parti Impetranti unum tantum, Impetratæ vero duo ſcripta permiſſa fuerint.

Denique d. 4. Martii 1746. concluſ.: Werden Impetrantes lediglich von hier ab- und ad Forum competens verwieſen.

In Cauſa Teutſchen Orden, in ſpecie Herr Churfürſt zu Cölln, quà Hoch- und Teutſchmeiſter contra Heſſen-Darmſtadt, und Dero zu Einnehmung der Erb-Landes-Huldigung deputirte Commiſſarios puncto Interventionis Haſſo-Caſſellanæ Proceſſui huic communicativo locus conceſſus.

In Cauſa von Weipler Erbgenahmen contra Herrn Fürſt Wilhelm Hyacinth zu Naſſau-Siegen, modò den Herrn Fürſten zu Naſſau-Dietz, cum exhiberetur Paritions-Leiſtung ad Reſcriptum Cæſareum cum petito pro caſſando nunc Mandato contra Directores Dietz & Gürtler emanato, ut & in cauſa Reſcripti præſentem Paritionem pro ſufficienti acceptando, d. 9. Maji 1743. concluſ.: 1.) hat das Begehren puncto Caſſationis des gerechteſten Kayſerlichen Mandati & reſpective Reſcripti Cæſarei zur Zeit nicht ſtatt, ſed 2.) communicetur, jedoch ſalvo curſu Proceſſus Mandati & Reſcripti das Impetratiſche Exhibitum ſub præſentat. 7. hujus parti Impetranti um ſich darüber ſub Termin. 2. Menſ. ſtandhafft und punctatim vernehmen zu laſſen.

§. 3.

Atque in hoc Proceſſu communicativo continetur ratio, quare interdum ſi pro Citatione ſupplicatur, minime Citatio formalis ſed communicatio Exhibitorum decernatur. Quoties nimirum non conſtat, an Cauſa altioris indaginis ſit nec ne, diſceptanda Proceſſu ordinario an ſummario, ſententiaque an alia congrua ordinatione forſan inhæſiva definienda, toties decernitur

tur communicatio Exhibitorum, ut in progreſſu Cauſæ id appareat.

In eo namque Proceſſus Citationis & communicativus conveniunt, quod uterque à Communicatione Exhibitorum inchoetur, in eo vero differunt, quod quam primum ea mediante Cauſa inſtructa videtur, vel Sententia vel quacunque congrua ordinatione definiri poſſit, in Proceſſu Citationis vero communicatio Exhibitorum juxtà numerum ordinarium fiat, uſque dum prævia inrotulatione Actorum Sententia ferri queat.

§. 4.

Cave autem putes, ab ipſa Judicii Aulici indole Citationem formalem abhorrere. In Cauſa **von Aurochs verwittibte** Generalin contra **Herrn Hertzog Anton Ulrich zu Sachſen-Meinungen und den Hof-Rath Trier** formalis decreta d. 15. Auguſti 1735. ſeq. Concluſo: 1.) Fiat petitum Mandatum de ſolvendo vel dimittendo Hypothecam S. C. ſub pœna 5. Marcarum Auri annexa Citatione ſolita & Termino 2. Menſ. 2.) Fiat quoque petita Citatio ad videndum ſe immitti in Bona Hypothecata **an den Hof-Rath Trier.**

In Cauſa **Solms-Hohen-Solms und Lich** contra **ſeine Unterthanen des Dorffs Ettinghauſen**, Citationis, Quadruplicis ad notitiam communicatis, pro Termino 2. Menſ. ad Quintruplicandum ſupplicatum, & Concluſum d. 15. Julii 1743. **Würde der** Impetrantiſche **Theil, was in denen** Quadruplicis **für** Nova **enthalten, worüber er annoch nicht gehöret worden ſeye,** in Termino 2. Menſ. ſpecificè **anzeigen; ſo ergehet ſo dann nach Befinden weiterer Beſcheid.**

Extat quoque Formula è Conſilio Aulico **Kayſerliche** Citation ſuper Injuriis **in Sachen J. Grafen zu S.** contra **den Obriſt W. von L. im** *Formular*-**Buch des heutigen Reichs-***Proceſſes Num. 19.* Quid! quod determinari poteſt, quando in Judicio Imper. Aul. Citatio formalis decernenda ſit, quoties nimirum ab initio ſtatim, quamprimum Cauſa in Judicium deducta, brevi manu ſeu ſummarie definiri poſſe non videtur, ut & in Cauſis gravioribus, velut quando in Cauſis Fiſcalibus ad pœnam agitur, uti in Cauſa **Teutſchen Orden**, in ſpecie **Herrn Churfürſten zu Cölln**, quà **Hoch- und Teutſchmeiſter wegen der Balley Heſſen** contra **Heſſen-Darmſtadt, und derer zu Einnehmung der Erb-**

Landes-Huldigung deputirte Commiſſarios die neuerlich angemaßte præſtationem Homagii betreffend, d. 17. Januarii 1743.

3.) Fiat petita Citatio Fiſcalis contra die benannte Huldigungs-Commiſſarios cum Termin. 2. Menſ. Fiſcalis enim ſupplicaverat pro Citatione cum præfixione Termin. 1. duntaxat Menſ. ad videndum & audiendum unumquemque locum incidiſſe in pœnam 200. Marcarum Auri puri, eosque condemnari.

Contra ea in Cauſa Gengenbach Reichs-Gotteshauß contra die Reichs-Stadt Gengenbach, cum ſupplicaretur pro decernenda Citatione ad videndum caſſari ſtatutum in præjudicium Privilegiorum Cæſareorum & Pactorum anteriorum nulliter conditum cum confirmatione Cæſarea ſub- & obreptitiè obtenta, concludebatur, d. 8. Maji 1742.: communicetur Exhibitum ſub præſentat. 4. curr. dem Magiſtrat zu Gengenbach, um ſich in Termin. 2. Menſ. darüber vernehmen zu laſſen.

Ita quoque in Cauſa von Hünnefeld contra von Stuttersheim, ſupplicabatur pro decernenda Citatione ad videndum ſe condemnari ad extraditionem Hæreditatis Paternæ una cum fructibus perceptis & percipiendis; ideoque edendo legale Inventarium, aut in ejusdem defectum juratam ſpecificationem, proviſionaliter vero ferenda ordinatione Cæſarea ad ſolvendam ſummam 1000. Florenorum pro Alimentis & Expenſis ad Proceſſum neceſſariis cum refuſione Damni, Intereſſe & Expenſarum, concludebaturque d. 19. Octobris 1742.: communicetur Exhibitum ſub præſentat. parti Impetratæ, um ſich ſo wohl wegen dieſer anſprechenden Erbſchafft, und darüber errichteten Inventarii, als wegen der begehrenden Alimentation in Termin. 1. Menſ. vernehmen zu laſſen, und reſpectivè zu erklären.

In Cauſa Naſſau-Saarbrückiſches Geſamt-Hauß contra Naſſau-Dietz, ſupplicabatur à parte illa pro Citatione ad videndum confirmari Pactum, & concludebatur: communicetur cum Termin. 2. Menſ. um ſich darüber vernehmen zu laſſen, d. 13. Aprilis 1744.

§. 5.

In Camera Proceſſus communicativus non niſi in Cauſis Perſonarum Cameralium civilibus & quidem eo modo obtinet, ut decreta communicatoria vel ſimplici Citationi, vel Mandato S. vel C. C. æquipolleant, neque adeo ſemper cauſæ iſtis mediantidianti-

diantibus ſummarie, ſed interdum quoque ordinario Proceſſu pro qualitate ſua, tractentur.

Ita enim in Cauſa Herminghauſiſche Erben contra D. lecta Supplica ad Supplicam ſub Rubro: Anzeig und Bitte ꝛc. Decret. d. 27. Januarii 1752.: communicetur dem Beklagten, und ſolle derſelbe die invermeldte Obligation innerhalb 8. Tägen zurückgeben, oder cauſas quare non, in ſolcher Friſt beybringen: porro in eadem ſub Rubro: Unterthänigſte anbefohlene Deductio Cauſalium Exceptionum loco mit Rechtlicher Bitte ꝛc. Decret. d. 18. Aprilis 1752. Solle Klägern um ſich innerhalb 8. Tägen replicando vernehmen zu laſſen, zugeſtellet werden. Dann wird Supplicant in Zukunfft ſeine Exhibita per Procuratorem unterſchreiben zu laſſen, angewieſen.

In Cauſa Heckenberg contra B. lecta Supplica ſub Rubro Replicarum loco, unterthänigſter General-Contradictions-Receſs cum pura ſubmiſſione & petito inhæſivo &c. Decretum eod. Solle Beklagtem, um ſich innerhalb 8. Tägen duplicando vernehmen zu laſſen, zugeſtellet werden.

Sententia quoque uti in Proceſſu ordinario fertur, adhibita tantum Formula in Extrajudicial-Sachen, velut in Cauſa ſequente d. 8. Januarii 1752.

*Formula Decreti.*

In Extrajudicial-Sachen Johann Georg Bach, wie auch des Cammer-Botten Simon Statzen Wittib, wider beyde dieſes Kayſerlichen Cammer-Gerichts Advocaten und Procuratoren Lt. Wolff und Lt. Hert in puncto der Reckheimiſchen Commiſſions-Diæten iſt auf dieſes Kayſerlichen Cammer-Gerichts Protonotar. Meſſer Commiſſio, um allerſeits Intereſſenten vor ſich zu laden, mit denenſelben die in denen Actis befindliche Rechnungen und Forderungen, auch reſpectivè erhaltene Bezahlungen zu durchgehen, und was einer oder der andere dabey zu erinnern ad Protocollum zu nehmen, mithin allenthalben was jeder empfangen und noch zu fordern ein Liquidum zu conſtituiren, oder doch auf alle mögliche Art ausfündig zu machen zu trachten; anbey unter allerſeits ein gütliches Auskommen und billige Vergleichung nach der Sachen Beſchaffenheit möglichſt zu tentiren, und was ſo wohl Lt. Hert von ſeiner empfangenen Halbſcheid an die Mit-Intereſſenten zu erlegen und abzugeben, als auch was Lt. Wolff und denen beyden

Klägern

Klägern von denen deponirten Geldern zukomme? in richtige und genaue Unterſuchung zu ziehen, und wie all ſolches geſchehen und befunden worden, ſeinen umſtändlichen Bericht einzuſenden, erkannt, und ſollen die Halbſcheid ſolcher Commiſſions-Koſten von denen deponirten Geldern, die andere Helffte aber von Lt. Hert empfangenen Geldern genommen und bezahlet: immittelſt gedachter Wittib Statzin von dem Depoſito Achtzehen Gulden gegen Quittung verabfolget werden.

Viciſſim vero Cauſæ ſummariæ velut Cambiales, ſummarie tractantur: Ita in Cauſa Jonas contra F. d. 4. Martii 1752. Lectis Supplicis pro decernendo Arreſto & de ſolvendo Cambium, nec non pro decernenda ſolutione Mercedis ſervilis, Decret. Solle Beklagten um invermeldte Zahlung innerhalb 8. Tägen ſub Præjudicio Executionis zu verfügen, zugeſtellet werden.

Dantur quoque Decreta de ſolvendo C. C. Ita in Sachen Linden Kinder contra Procur. N. petitum Decretum de ſolvendo Debitum liquidum ac confeſſatum cum Uſuris Damno & Expenſis, Decretum: Solle Beklagter Klägere innerhalb 8. Tägen klaglos ſtellen, oder erhebliche Urſachen, warum er dazu nicht gehalten zu ſeyn vermeynet, in obgedachter Friſt einbringen.

Et quidem plerumque in his Cauſis ſummarie proceditur. Unde quamvis uſum poſitionum in Camera Imperiali hodiernum adſtruxerim *Opuſc. XX. Tom. IV.* ei tamen in illis locus non conceditur. Unde nuper

*Decretum.*

Wird beklagtem Dr. Clarwaſſer, mit Verwerffung der von ihm übergebenen, in dieſer Extrajudicial-Sache ohnſchicklichen Poſitionen, ſich innerhalb 8. Tägen, Feriis non obſtantibus, excipiendo ordentlich vernehmen zu laſſen, anbefohlen. In Conſilio 9. Julii 1756.

De cætero tamen ſubſtantialia Proceſſus obſervari debent; adeoque opus eſt legitimatione, Citatione alterius partis, mediante decreto communicatorio, cujus inſinuatio per Pedellum fit, & Termini ſunt arbitrarii. Et quemadmodum Proceſſus extra Audientiam fit; ita & Sententia publicatur in Cancellaria poſt Audientiam in die Juridica, quam Pedellus Partibus aut Procuratoribus notam facit.

OBSER-

# OBSERVATIO CIV.

## *Inſtitutio Hæredis ſub onere relapſus Bonorum ad proximos propinquos, Fideicommiſſum quidem, ſed non perpetuum, multoque minus Fideicommiſſum Familiæ involvit.*

§. 1.

IStiusmodi Hæredis inſtitutio eſtHæredis inſtitutio quoad uſumfructum ad dies vitæ: Hæresque inſtitutus fiduciarius eſt.

Quoniam vero bona ab ipſo ad proximos propinquos relabentia in iſtum eventum onere Fideicommiſſi expreſſis verbis non affecta ſupponuntur, nec conjectura voluntatis adeſt, quod propinquorum libera de iisdem diſponendi facultas reſtringatur, quin potius ob id fœminæ quoque ad ſucceſſionem & quidem à fœmina Teſtatrice vocatæ, veluti Soror eaque præterea magis dilecta cenſenda; Fideicommiſſum perpetuum certe absque omni ratione ſtatueretur. Multoque minus Fideicommiſſum Familiæ ſub hac hypotheſi ſtatui poteſt, quo certius propinquorum proximorum nomine non ſolum agnatos ſed & cognatos comprehendi.

Sique æs alienum contraxit Teſtator, nonniſi eo deducto bona; conſequenter fideicommiſſum; adeoque non niſi in bonis reliquis, ac proin particulare tantum non univerſale conditum intelligere licet.

Idcirco hæres fiduciarius non ſolum activa Teſtatoris, liquida & confeſſata, quin àDomino directo conſenſuata, ſicqueSucceſſores in Feudo hypothecato, multoque magis filium obligantia; ſed & Fideicommiſſum iſtud particulare quoad uſumfructum ad dies vitæ in ſolutum ejus æris alieni tollendi cauſa dare, nec objici poteſt, Fideicommiſſum univerſale nec particulare, quæ alienationes, conſequenter etiam Ceſſiones alias excludunt, niſi quatenus ratione hujus Cautio ab ipſo in eventum mortis præſtanda.

Atque ita in Cauſa von Münßesheim contra von Mütſcheſall, d. 1. Julii 1756. contra Partem appellantem pronunciatum, confirmando Sententiam Gœttingenſem cum condemnatione in Expenſas.

§. 2.

Qua ipſa Sententia & id confirmatur, quodſi Teſtatrix maritum, deducto ære alieno cum ipſo in uno Inſtrumento contracto,

in reliquis Bonis Hæredem cum onere relapſus inſtituit, maritum ex propriis ad æs alienum illud ſolvendum nil conferre teneri.

Alias quidem ſi Uxor cum Marito in uno Inſtrumento tanquam correa debendi ſe principaliter obligavit, talis Obligatio valet quidem quoad Maritum, non vero quoad Uxorem; adeo ut ſi ex obligatione, qua Uxor una cum Marito ſe ut corream debendi obligavit, Mandatum S. C. decernendum, illud ſubducta Uxore contra ſolum Maritum decerni debeat, prout agnitum in Judicio Imper. Aul. in Cauſa Hofmann contra Wolffgang Georg, Auguſt, Frantz Friederich, und Ludwig Friederich, allerſeits Grafen und Herren zu Caſtell, dann Frau Dorothea Renata, verwittibte Gräfin zu Caſtell, gebohrne Gräfin zu Zinzendorff, d. 3. Septembris 1743.

Enimvero iſtiusmodi Teſtatrix animo donandi intervenit; ærisque adeo alieni totius ſolutionem valide in ſe ſuſcipere poteſt, quia prohibitio donationum inter virum & uxorem ad donationes inter vivos reſtricta eſt, eoque magis, ſi pecunia in propriam ipſius utilitatem, vel communem familiæ ſuſtentationem verſa, utpote in quibus caſibus Exceptio facienda à Regula ſuprà allegata.

## OBSERVATIO CV.

*Pauperes contra quos in Camera Imperiali Reviſio petitur, erga juratoriam Cautionem adjudicata accipiunt, nec eadem in Lectoria deponere, vel ad percipiendas Uſuras reditusque collocare tenentur, ſi perſonæ probatæ vitæ, ſecus ſi ſuſpectæ ſint, quo caſu tamen à præſtanda juratoria cautione immunes cenſendi.*

QUalem cautionem reviſoriam Pauperes præſtent, *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 154.* arbitrio Judicis reliquit. Recte vero jam b. DE LUDOLF (*a*) monuit, *quod arbitrium intelligi debeat non vagum vel perſonis indulgens, ſed juridicum & Legibus informatum, ita ne finis Legum fruſtretur.*

Jam vero is eſt finis Legum, ne Pars victrix fructu Sententia excidat, & ne Pars victa neceſſaria ſecuritate, ratione futuri judicati privetur. Ad obtinendam itaque Æquitatem in Probabilibus

(*a*) *Syſtemat. Jur. Camer. Sect. II. §. 7. num. 19.*

bilibus eo quem demonſtravi modo *in Opuſc. Tom. II. Opuſc. XV.* quo nempe ab utraque parte eadem ſit ſpes lucri, idem metus damni, adeoque in ſubſtrato eadem ſecuritas utriusque partis, tam victricis quam victæ, primario attendendus venit odor Cauſæ bonus vel malus; perpendendum nimirum, an reformatoria in Reviſorio metuenda ſit nec ne. Id quod ex rationibus Sententiæ, & potiſſimum ex eo, an per eminenter majora ni unanimia lata ſit, dijudicandum. Dein conſideranda conditio Perſonæ, an honeſta, & nullatenus ſuſpecta ſit, quod Judicium reviſorium eludere velit, ſicut & vita anteacta partem victam reviſionem petentem pruritus cavillandi ſuſpectam reddere poteſt.

Vexa apparente in hac, probata vita in illa parte, accedente bono odore Cauſæ à parte pauperis, qualis in Camera dicitur, qui Juramentum paupertatis præſtitit (*b*), ejus liberæ diſpoſitioni adjudicata erga præſtitam cautionem relinquenda ſunt, niſi Juramentum fruſtraneum ſit: alias enim depoſitione & collocatione pecuniæ debitæ, in effectu cautionem præſtaret. Hinc & b. DE LUDOLF *citat. loc.* ait: *In Camera ſæpe in Supplementum, non tamen ſine cauſæ cognitione, admiſſam Cautionem juratoriam vidimus:* cui adſtipulatur TABOR (*c*) *ubi non apparet*, inquiens, *levitas animi in paupere victore*, *&* *is alia via cavere nequit*, *utique ad juratoriam Cautionem ſubſidialiter eſt admittendus*, *in conformitate Authent. generaliter Cod. de Epiſcop. & Cleric.* ut & *Novell. 112. cap. 2.* conſentiente BENDERO (*d*).

Atque hiſce principiis innititur Sententia prævio Concluſo pleni publicata d. 23. Januarii 1741.

In Sachen Maria Felicitas von der Reck, wider verwittibte-jeʒo Johann Adolph von der Reck zu Herſen; Appellationis cum Mandato de præſtando Alimentis & ſumptibus Litis S. C. deciſæ, nunc Reviſionis: Iſt die durch Dr. Hofmann Nahmens ſeiner Principalin offerirte Juratoriſche Caution, Einwendens ohngehindert, für hinlänglich angenommen, und ſchwöre ſie demnach ſelbſt, oder durch ihren dazu beſonders gevollmächtigten Anwald, zu GOtt und auf das Heilige Evangelium, daß ſie über allen angewendeten Fleiß, mit Bürgen oder Pfandſchafften zu caviren nicht

 vermöge,

(*b*) BLUM. *tit.* 64. 22.
(*c*) *Diſputat.* 13. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ.* §. 15.
(*d*) *Concluſ.* 20. *num.* 183. *ſeqq.*

vermöge, jedoch dasjenige, ſo in Reviſorio künfftig erkennt werden mögte, ihrem Gegentheil Richterlicher Erkänntnüß nach wieder erſtatten wolle; ſo iſt deme vorgängig Lt. Wigand glaubliche Anzeige zu thun, daß der am 3ten Junii 1740. ergangenen Urthel, mit würcklicher Bezahlung des ſchuldigen Capitals à Zwey Tauſend Reichsthalern, und deren über die gereichte Aliment-Gelder noch rückſtändig-verfallenen Zinßen à Sieben Hundert und Fünffzig Reichsthaler, es wäre dann, daß bey der würcklichen Zahlung mehrere Quittungen in continenti vorgeleget werden könten, als [83] angeführet, von ſeinem Principalen gehorſamlich gelebet ſeye, Zeit Sechs Wochen pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angeſetzet, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß es alsdann bey der in beſagter Urthel enthaltenen Straf endlich bleiben, und das Mandatum de Exequendo ohne ferneres Anruffen aus der Cantzley verabfolget werden ſolle.

## OBSERVATIO CVI.

### *Reſignatio Officii conditionata, conditione non impleta nulla eſt.*

QUod reſignatio Officii modus ſit finiendi Salaria, adeo ut hoc in caſu Officiales tantum pro rata temporis quo ſervierunt, Salarium conſequantur non ultra, Doctrina eſt LAUTERBACHII (*a*) STYPMANNI (*b*) & GRYPHIANDRI (*c*).

Certe Salarium pro Officii onere, & in ejus compenſationem debetur; ideoque toties & in tantum ſaltem peti poteſt, quoties & in quantum id eſt præſtitum, in cujus compenſationem fuit ſtipulatum. Exinde igitur Terminus ad quem Salarii ſolvendi apparet. Eſt nimirum ille ipſe Terminus, quo Officialis Officium deponit ſive morte, ſive reſignatione (*d*).

At vero non omnis reſignatio abſoluta eſt, ſed & datur conditionata. De qua tritum illud valet: ſi quid ſub conditione actum, conditione non impleta nihil videtur actum: ſicut promiſſum conditione factum à conditione pendet, adeo ut ei, cui pro-

(*a*) *Diſſertat. de Salar. cap. 9. theſ. 47. num. 1.*
(*b*) *de Salar. Cler. cap. 11. num. 392.*
(*c*) *de Art. acquir. & conſ. Patrim. lib. 1. cap. 16. num. 154.*
(*d*) J. H. BOEHMER. *de eo quod juſtum eſt circa Salar. cap. 1. §. 17. & cap. 2. §. 22. & 39.*

promiſſio talis conditionata facta, tunc demum Jus agendi competat, quando cauſa ſecuta eſt, eaque non ſecuta nil debeatur *L. 5. Cod. de Condict. ob Cauſ. dat.*

Sic pone Procuratorem cui Salarium annuum conſtitutum reſignare, ſed non abſolute, verum ſub conditione, **wenn er ſeine** Deſerviten **empfangen würde.** Deſervita ſi non accepit, reſignatio nulla eſt; conſequenter Salarium nunquam deſiit, etſi poſt illam reſignationem nulla amplius occaſio in Foro Clienti aſſiſtendi fuerit. In genere namque id verum eſt, etſi nulla unquam facta fuerit reſignatio, modo Salarium Procuratori vel Agenti conſtitutum ſit.

Ita Menſ. Julii 1756. pronunciatum in Cauſa ſeq.

*Sententia.*

**In Sachen dieſes Kayſerlichen Cammer-Gerichts** Advocati **und** Procuratoris Lti. **Gondela, Klägern eines, wider Frau Sophien Polixenen, verwittibte Fürſtin zu Naſſau-Siegen, Beklagtin anderen Theils,** Citationis ad videndum exigi Salarium promiſſum cum Erogatis, Uſuris & Expenſis: **Iſt allem An- und Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß** Dr. **von Zwierlein Frau** Principalin **die** [4.] deſignirte **Ein Tauſend Ein-Hundert und Neun Gulden, Neun Albus an Klägern zu entrichten und zu bezahlen, ſchuldig, auch dazu zu** condemniren **und verdammen, hingegen von Bezahlung der weiters geforderten** 100. Ducaten **zu** abſolviren, **und entledigen ſeye; als wir hiermit** reſpectivè **ſchuldig erkennen, und** condemniren, **auch** abſolviren, **die Gerichts-Koſten derentwegen aufgeloffen, aus bewegenden Urſachen gegen einander** compenſirend, **und vergleichend.**

## OBSERVATIO CVII.

***In Cauſa Deſerviti & Salarii Auſtrægæ locum non habent, ſed JurisdictioSupremorumImperii Tribunalium immediatè, etiam intuitu mediatorum, fundata eſt.***

CLara eſt eam in rem Sententia *Obſervat. præced.* adducta. Nec minus in Cauſa **Dölers Erben** contra **Mecklenburg-Schwerin**, Citatio ad videndum exigi reſiduum Salarium cum Erogatis, Intereſſe moræ & Expenſis d. 26. Auguſti 1754. decreta. Idemque ſervatum in Cauſa Lt. **Steinhauſen** contra

Stadt Ulna d. 1. Martii 1715. & Lt. Jung contra Morrien d. 8. Martii 1720.

Rectiſſime DECKHERR (*a*) ait, ſolummodo hic cauſam favorabilem, Salarii ſcilicet exactionem, continentiamque Cauſarum in conſiderationem venire, non Perſonam Actoris, ſiquidem hic Jurisdictio ratione rei ſtabilienda eſſet (*b*). Notandum tamen ſalvum manere arbitrium liberum Actori, ſi ipſi locus Domicilii rei commodior videretur.

## OBSERVATIO CVIII.

### *Jurisdictio Supremorum Imperii Tribunalium contra Capitulares in cauſa debiti pro fundata habenda, quatenus ſimul immediati Imperii ſunt.*

UNum Hominem plures repræſentare poſſe Perſonas, vel ſolum exemplum Principum Eccleſiaſticorum evidentiſſime docet.

Quemadmodum itaque hi, ſi actione Civili imo Fiſcali v. gr. ob nova telonia aut onera vel abuſum Juris monetandi pulſantur, Jurisdictioni Cæſareæ ſeſe ſubducere non poſſunt; ita eadem quoque contra hos qua immediatos in cauſa debiti tanquam civili fundata eſt, non obſtante *Capitulat. Artic. XIV. §. 5.* vi cujus inter Aulam Cæſaream & Romanam lis, quænam Cauſæ pro Secularibus aut Eccleſiaſticis habendæ ſint, adhuc amicabiliter componatur. Quamdiu enim de iſta compoſitione non conſtat, regulæ, quod correctio morum & Diſciplina Eccleſiaſtica pro cauſis Eccleſiaſticis, cauſæ debiti vero pro civilibus haberi debeant, inhærendum eſt. Hinc d. 22. Junii in Cauſa Dörr contra Herrn Grafen zu Seinsheim & Conſort. decret. Iſt das gebettene Mandatum de ſolvendo Literas Cambiales cum Intereſſe, Damno & Expenſis wider beklagten Herrn Grafen von Seinsheim S. C. erkannt, übriges Suchen Arreſti aber facta reproductione judicialiter.

OBSER-

(*a*) ad BLUM. *tit. 26. num. 18.*
(*b*) conf. KOCH. *Pract. Forenſ. German. part. 1. cap. 2. §. 27.* RODING. *lib. 1. tit. 4. §. 81.* MEV. *part. 1. deciſ. 234. & 247. num. 1.*

## OBSERVATIO CIX.

### *Capitula ſede vacante non habent Auſtrægas.*

QUoniam Inſtantiæ Auſtrægales, quibus Jurisdictio Cæſaris & Imperii reſtringitur (*a*), nemini, niſi cui expreſſe vel per Legem vel per Privilegium conceſſæ competunt, de Capitulis vero ſede vacante nullus Textus in Conſtitutionibus Imperii reperitur, quo Inſtantia iſta conceſſa; DECKHERRUS jam Capitula ſede vacante Auſtrægis deſtitui, defendit (*b*). Diſſentientes equidem non deficiunt, velut præter eos quos ipſe recenſet, STRAUCHIUS (*c*) STRYCKIUS (*d*) DE COCCEJI (*e*) & BOEHMER (*f*), huic numero accenſendi ſunt. Propter adductam tamen rationem prævalet Sententia DECKHERRI, qui ſimul argumenta contraria diſſentientium ſolide refellit, cui etiam in Praxi Camerali verſatiſſimi Doctores ſubſcribunt, uti COLLECTOR præjudiciorum apud GYLMANNUM voce *Capitulum*, & COLLECTOR Deciſionum Rotæ Spirenſis apud SCIPIONEM *L. 3. Deciſ. 220.* inprimis vero GAILIUS (*g*) & TENNAGEL (*h*), eandemque confirmant præjudicia à GAILIO & DECKHERRO allata, quibus in Caſu hoc, ſi eundem ob Doctorum diſſenſum dubium eſſe, ſtatuere velis, omnino locus eſt.

Atque id Domini in Cauſa Jngelheim contra Würtzburg agnovere.

## OBSERVATIO CX.

### *Comites ſi à privatis conveniantur, Privilegio Auſtrægarum non gaudent, non obſtante neotericorum quorundam JCtorum Sententia contraria.*

§. 1.

NOtum equidem & decantatum dogma eſt, Comites Imperii à mediatis conventos Jure Auſtrægarum non gaudere; impugna-

(*a*) vid. *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 116.* & *Capitulat. Noviſſ. Artic. 18. §. 6. & 7.*
(*b*) *Vindic.* ad BLUM. *tit. 26. num. 45. & 46.*
(*c*) *in Diſſertat. de Auſtræg. §. 1.*
(*d*) *in Diſſertat. de Foro Auſtræg. §. 29.*
(*e*) *in Diſſertat. de Auſtrægis §. 27. quæſt. 4.*
(*f*) *Jur. Eccleſiaſt. Proteſtant. Ne ſede vacant. §. 24.*
(*g*) *lib. 1. obſervat. 30. num. 30.*
(*h*) *de decernend. Proceſſ. lib. 3. cap. 3.*

pugnatum tamen à b. DE WALDSCHMIDT (*a*), provocante ad Extractum Chur‑ und Fürſten Reſolution ſub D. annexum, utpote quo Anno 1521. caſus iſte expreſſis verbis deciſus eſſet. Enimvero quoniam *in Ordinatione Camerali dicti Anni 1521. Tit. 33.* præſertim *§. 17.* ne verbulo caſus illius mentio injecta, cum tamen Comites, prout ipſe fatetur, in Comitiis ejus Anni de modo Judiciorum Auſtrægalium conqueſti, & Auſtrægæ Comitum conventionales, expreſſis verbis confirmati eſſent *§. 22.* (doch einem jeden Churfürſten, Fürſten, oder Fürſten‑mäßigen, auch Prælaten, Grafen, Freyherren, oder andere des Adels, ſo dieſelbe beſondere Geding, Gewohnheit oder Herkommen, mit ihren Ritterſchafften, Unterthanen oder Landſaſſen hätten, gegen ſolchen den ihren auſſerhalb oder obgeſchriebenen Articuln daran unabbrüchig); argumentum contra Auſtrægas Comitum Legales in præfato caſu valde militat. Adductumque Documentum eo ipſo, quod Ordinationi Camerali ejusdem Anni non inſertum, ſubleſtæ fidei evadit. Unde nec obſtant *§. 20.* verba: Und ſoll doch in allen vorgemeldten Rechtfertigungen (per conſequens uti objicitur, etiam in Caſu quæſtionis) der erſten und andern Inſtanß procediret, gehandelt und gehalten werden, wie vor, der beklagten Fürſten halber geſetzet iſt; ſupponunt enim Caſus in quibus Auſtrægis Comitum locus eſt.

§. 2.

Quibus omnibus accedit obſervantia longo uſu comprobata, Auſtrægis Comitum in ſæpius memorato caſu locum non fuiſſe docens. Hac quoque derogatum conventioni, qua vi Extractus Grafen‑Tags‑Receſs de Anno 1511. ſub C. definitum ſit, quomodo Comites, à mediatis coram Auſtrægis conventi, ſe gerere velint: ſi nempe fidem meretur.

Nec ratio Auſtrægarum introductiva generalis eſt, ſed ad eos reſtricta, quibus expreſſe conceſſi ſunt. Et hic plures unius rei fuerunt cauſæ, quas inter primaria, ut parceretur Principum honori, ne temere ad Imperii Tribunalia traherentur. Alias certe ſi unica eſſet, quam CAROLUS V. in Privilegio Norimbergenſi (*b*) affert: Damit ſie zum wenigſten zwo Inſtanßien haben,

(*a*) *in Diſſertat. de Auſtræg. Comit. §. 14. pag. 25. ſeqq.*

(*b*) apud WEHNER. *Tractat. de modo appellandi in Camera Cap. VII. num. 34. inſerto Symphorem.* GYLMANNI *Tom. VII.*

ben, und ihnen die Gutthat und Hülffe der Appellation alſowohl, als denjenigen, ſo dem Reich nicht ohne Mittel unterworffen, vorbehalten, und unbenommen bleibe; eadem quoque ad Nobiles Imperii immediatos & Civitates Imperiales extendenda eſſet, utpote quibus etiam faveret, ſi Jus ſuum per plures Inſtantias ſubordinatas perſequi poſſent, quemadmodum inferioris etiam ſortis mediati, velut cives, proprii quoque ſubditi pluribus Inſtantiis utuntur, beneficioque non deducta deducendi, non probata probandi pleniſſime fruuntur. Si vero omnes perſonæ, appoſite reſpondet b. DE LUDOLF (*c*) immediatæ ſecundi ordinis, quarum infinitus eſt numerus, Privilegio Auſtrægarum omni caſu gauderent, Judiciorum Imperii munus in prima Inſtantia ceſſaturum eſſet ferme & querelæ eorum, qui actiones haberent, de procraſtinationibus Auſtrægalis Judicii mirum in modum augerentur.

§. 3.

Noviſſimum Præjudicium extat in Cauſa Brendel, Chur-Maynßiſcher Amts-Keller contra Herrn Grafen zu Büdingen, Citationis ad videndum exigi debitum, ut & in Sachen Frantz Carl Grafen von Neſſelrode zu Ereshoven contra Crafft Anton Wilhelm Grafen von Oettingen und Sötern, Citationis ad videndum exigi & ſe condemnari d. 16. Maji 1752. in qua Referens: zwar iſt nicht ohnbekandt, welcher maßen die Herren Grafen gleich denen Chur- und Fürſten die erſte Inſtantz auch in dem Fall, wenn ſelbige à Mediatis belanget werden, prætendiren (vid. *Diſſertat.* WALDSCHMIDT & KEMMERICH *de Sacr. Roman. Imper. Comitum Auſtrægis & Noviſſ.* MORITZ von denen Austrägen derer ohnmittelbaren Reichs-Grafen.) Da aber dieſe extenſio Fori Auſtrægalis, quoad Dominos Comites ex Hiſtoria Legislatoria Camerali nicht leicht wohl zu erweiſen ſtehet, auch diesfalls ab origine Cameræ Imperialis bis hieher conſtantiſſima Praxis dahin gehet, quod Dominus Comes Imperii à Mediato ſtatim in Camera Imperiali conveniri poſſit, ſo weiß Referens auch hiervon nicht wohl abzuweichen.

Quod adeo verum, ut ſi Auſtrægæ locum habeant, præciſe requiratur, ut Comes Actor immediatus ſit, nec ſuperinducatur dignitas immediata poſt Litis pendentiam. Ita enim IDEM:

Obligationi Clauſulæ Executivæ non inerant: verum iisdem tunc demum opus, ſi vi obligationis Creditor in hypothecam immittatur. Per eas enim, etſi ipſe Creditor poteſtatem conſequatur, propria authoritate poſſeſſionem rerum obligatarum occupandi, ne verò ipſe ſibi Jus dicere videatur, Judicis authoritate accedente, via Proceſſus Executivi ſummaria in eam immittitur. Minime igitur illis tunc opus, quando Creditor à Debitore immiſſus iterumque dejectus, reimmittendusque.

Per Clauſulas iſtas Debitor renunciat Beneficio Proceſſus Ordinarii, conſentitque in viam executivam: Non minus verò Beneficium Proceſſus Ordinarii remittit, Creditorem in hypothecam immiſſum iterum nulliter dejiciendo. In viam executivam, non minus hoc, quam caſu Clauſularum Executivarum adjectarum conſentiat neceſſe eſt.

§. 6.

Si deſideres exemplar Inſtrumenti Obligationis quod Mandatum S. C. operatur, fini hujus Obſervat. adjectum rite perpendas; ſimulque conferas velim b. DE LUDOLF (*e*). Huic Inſtrumento cum in Cauſa **von Elengel Freyherr, Fürſtlich = Braunſchweig = Lüneburgiſcher Wolffenbüttteliſcher** General - Major contra **Chriſtoph Guſtav von Lentersheim**, ſuperſtrueretur Supplica pro decernendo Mandato de ſolvendo vel dimittendo Hypothecam S. C. d. 31. Auguſti 1742. concluſum: fiat Mandatum de ſolvendo ſortem, **nebſt denen Reichs =** Conſtitutions- **mäßigen Zinßen**, vel dimittendo Hypothecam S. C. ſub pœna 5. Mar-

(*e*) *Obſervat.* 163. & *Syſtemat. Jur. Camer. pag. m.* 100.

5. Marcarum Auri annexa Citatione ſolita, & cum Termin. 2. Menſ. Sane cum clauſulæ dicti Inſtrumenti Creditori poteſtatem concedant, *propria autoritate* poſſeſſionem rerum obligatarum occupandi, multo magis eaſdem autoritate Judicis, via executiva ſeu ſummaria Proceſſus executivi occupandi, illi poteſtas competit; multoque adhuc magis, ſi in Obligatione expreſſis verbis Mandatis S. C. in eventum non ſolutionis locus conceſſus, velut ſæpius Inſtrumentis hæc inſerta deprehenditur clauſula: Das völlige Unterpfand, mittels Extrahirung der gewöhnlichen Mandatorum Executorialium oder Immiſſorialium S. C. bey denen Höchſten Reichs-Gerichten in Beſitz zu nehmen: ad quam conferenda Obſervatio LXIII. b. de Ludolf. Recte hic Bocken *in Lection. Blum. tit. 34. num. 81. illa quæ explicite comprehenduntur magis operari debent id, de quo implicite tantum agitur.*

## Formula Obligationis quæ Mandatum S. C. in Supremis Imperii Tribunalibus operatur.

Ich Chriſtoph Guſtav Freyherr von Lentersheim, Herr zu Alt- und Neuen-Muhr, Ober-Stein-Koß- und Stubach, auch zu Marckt-Toſchendorff, Seiner Hochfürſtlichen Durchlaucht zu Brandenburg-Onolzbach Geheimder und erſter Cammer-Rath, auch Ober-Amtmann zu Windſpach, dann des Heiligen Römiſchen Reichs Ritterſchafft in Francken erbettener Ausſchuß derer Cantons Steigerwald und Altmühl, urkunde und bekenne für mich, meine Erben und Nachkommen, daß der Reichs-Frey-Hochwohlgebohrne Herr, Herr Johann Caſpar Freyherr von Elengel, Herr auf Amlißhagen, Thurnhofen, und Geyerberg, Hochfürſtlich-Braunſchweig-Wolffenbütteliſcher General-Major der Cavallerie &c. mir zu meiner beſondern Bedörffnuß, vornemlich aber zu Abtilgung einig anderer bishero aufgehabter dringlicher Paſſiv-Capitalien, und meiſt wegen der zur bekandten Ober-Steinbachiſchen Inquiſition herzuſchießen bemüßigter Gelder, zu augenſcheinlicher Beförderung meines hierunter verſirenden Nutzens, auf 6. Jahr lang baar vorgeliehen und bezahlt habe, die Summam von Fünffzehen Tauſend Gulden Rheiniſchem Werth, und zwar an lauter gang und giebigen Reichs-Edict-mäßigen vollgültigen Sorten, den Gulden zu 15. Batzen oder Sechszig Kreutzer gerechnet. Daher ich vor ſol-

chen Empfang dieſer zu meinem mercklichen Nutzen ſo gleich wohl und nützlich verwendeten 15000. fl. erſtgedachten Herrn Darleiher, mit Verzich- und Begebung der Exception non numeratæ vel non in rem verſæ Pecuniæ quitt, ledig und loß zehle;

Ich verſpreche und gelobe auch bey meinen wahren Worten, Adelichen Treu und Glauben, vor mich, meine Erben, und Nachkommen, gemeldtes Capital derer 15000. fl. auf beſagte 6. Jahr, oder ſo lang beſagter Herr Darleyher, dero Erben und Nachkommen, oder ein anderer dieſer Obligation rechtmäßiger Beſitzer ſolches bey mir ſtehen laſſen wird, alljährlich und jeden Jahrs beſonders mit 6. pro Cento von zu End geſetztem dato an, von halben zu halben Jahren, alſo in zweyen Terminen des Jahrs, nemlich am 23ten Octobris und 23ten Aprilis jedesmals mit Vier-Hundert Fünffzig Gulden richtig und ordentlich zu verzinſen, und ſolche Zinße ohne des Herrn Darleyhers Koſten an guten, gangbaren vollgültigen Sorten, wo er ſich befinden möchte, getreulich zu ſeinen ſichern Handen einzuliefern, und bis zu Abſtoßung des Haupt-Capitals damit zu continuiren; Dafern aber mehrgedachter Herr Darleyher, deſſen Erben und Nachkommen, auch rechtmäßiger Inhaber dieſes Briefs über die obbedungene 6. Jahr ſothanes Capital bey mir nicht länger anſtehen laſſen, oder ich es weiter nicht behalten wollte, ſolch ein- oder andern Falls ſoll und will ich ſamt meinen Erben verbunden und gehalten ſeyn, nach vorhergehender Aufkündigung, ſo ein Theil dem andern ein halb Jahr vorher thun ſoll und will, ſolches Capital hinwiederum baar an lauter guten, in dem Heiligen Römiſchen Reich üblichen geb- und gangbaren, in dreyen correſpondirenden Creyßen approbirt- und Edict-mäßigen- der Devalvation nicht unterwürfſigen Müntz-Sorten, den Gulden gleichfalls zu Fünffzehen Batzen oder Sechszig Keutzer gerechnet, ſamt bis dahin etwan noch hinterſtelligen Zinßen, auch allen Köſten, Schäden und Intereſſe, ohne alle erſinnliche Widerrede in einer unzertrennten Summa danckbarlich zuruck zu bezahlen, und dem Herrn Beſitzer dieſes Briefs ohne ſeine Koſten zu ſichern Handen zu liefern.

Damit aber mehrgedachter Herr Darleyher, deſſen Erben, und rechtmäßige Briefs-Inhaber ſo wohl wegen des Capitals der 15000. fl. und daraus fallenden Jährlichen Zinßen, als auch Koſtens und Schadens halber hierunter deſto mehr geſichert ſeyn mögen;

gen; So werden hierdurch denenſelben wiſſend und wohlbedächtlich auf die allerverbindlichſte und in Rechten beſtändigſte Art und Weiße, unſere ſamtlich liegend- und fahrende jezo beſitzende- und ins künfftig acquirirende Haab und Güther, ſamt deren Renthen, Gefällen und Intraden, ſo viel nemlich hierzu vonnöthen, ſamt und ſonders zu einer ausdrücklichen General-Hypothec oder Pfand, *idque ſub Clauſula conſtituti Poſſeſſorii*, & facultate pro lubitu eligendi & tranſiliendi, und darneben noch zu einem Special-Unterpfand verſchrieben und angeſetzt: Meine dermalig-beſitzend-dem Löblichen Canton Altmühl incorporirte beede Ritter-Güther Alt- und Neuen-Muhr, ſamt denen dabey befindlichen- und in der Anlage Num. 1. ſpecificè benahmſten frey-eigenthümlichen- von mir acquirirten- mit keinen Fideicommiſs, Lebenſchafft, oder vorhergängiger Special-Hypothec afficirten Wießen, Weyern und Hölzern, wie auch die bey meinen Unterthanen hafftende- nach dem anderweiten Beyſchluß Num. 2. über Neun Tauſend Gulden Rheiniſch ſich belauffende Activ-Capitalien und deren davon abfallenden Jährlichen Zinßen, welche ich beſtändig, bis dieſes Capital wieder abgelößt, zu conſerviren, bey meinem Adel ihren Ehren und Cavalliers-Parole verſpreche.

Nicht weniger alle und jede Fructus von meinen Lehen-Güthern, ſie mögen Nahmen haben wie ſie wollen, alſo und dergeſtalten, daß der gegenwärtig und künfftige Beamte, der nicht nur dieſe Güther, ſondern auch die übrige Intraden unter ſeiner Inſpection, Einzug und Adminiſtration hat, dem Herrn Darleyher, ſeinen Erben und andern getreuen Inhabern dieſes Briefs, mittelſt Ablegung eines Hand-Gelübds angewieſen worden, und künfftig angewieſen werden ſolle, die ſtipulirte Zinßе in denen obangeſetzten Terminen, von allen meinen beſtändig- und ohnbeſtändigen Gefällen, ſie mögen Nahmen haben und eingehen wie ſie wollen, richtig zu liefern, und bis ſolches jedesmal beſchehen, nicht die geringſte Lieferung anders wohin, unter was immer erdencklichen Vorwand es geſchehen möchte zu thun; Wie dann die Beamte keine andere Aſſignation, woher immer dieſe kommen möchte, zu reſpectiren, ſondern ſich ſub Nota & Pœna Perjurii an dieſen Verſpruch zu halten haben; Daferne aber ich oder meine Erben, wider alles Vermuthen mit der Zahlung des Capitals, derer Zinßen, Koſten und Schadens ſäumig

ſeyn und ſolches nicht abtragen würden ; alsdann ſolle der Herr *Creditor*, deſſen Erben und ein jeder Beſitzer dieſer *Obligation* ein erlangtes Recht und Macht haben, auch noch inner denen bedungenen 6. Jahren, ohne einige Gerichtliche Ladung, Mahnung oder *Proceß*, Erkanntnuß entweder aus der verſchriebenen *generalen Hypothec* ſeiner eigenen *Convenientz* nach, was er will zu wählen, und darnach zu greiffen, oder das *ſpecialiter verhypothecir*te obbeſagte Unterpfand eigenen Gewalts, Willens und Gefallens, mit oder ohne Recht an ſich zu ziehen, innen zu haben, zu nutzen, zu genießen, anderwärts zu verpfänden, zu verkauffen, und ſonſten in all anders Wege damit zu verfahren, wie es Ihnen gefällig iſt, ſo lang und viel, bis dieſelbe und die ausſtehende Gelder mit *Capital* und Zinßen, ſamt erlittenen Koſten, Schäden und *Intereſſe* (deren bloßen liquiden Specification hierunter völliger Glaube beygemeſſen werden ſolle) zu Dero guten Begnügen völlig befriedigt ſeyn werden, ohngehindert männiglichs.

Wollte aber der Herr Darleyher, ſeine Erben und getreue Inhaber dieſes Briefs, Ihrem Gefallen und Convenientz nach, wegen ohnverhoffter ſaumſeliger Abſtoßung des Capitals, Zinßen, Koſten und Schaden, bey Höchſtpreißlich-Kayſerlichem Reichs-Hof-Rath oder Reichs-Cammer-Gericht Klage erheben, ſoll Ihnen auf vorgedacht habendes Unterpfand auf bloßes Anbringen und ohne mich zu hören, Mandata Executorialia, Immiſſorialia, ſeu Hypothecarum Dimiſſorialia S. C. erkannt, und anderſter nicht, als in einer allbereits prævia Cauſæ Cognitione durch alle Inſtantzien Gerichtlich, & in vim trium Sententiarum conformium & paratiſſimæ Executionis decidirt- und abgeurtheilter Sache ertheilt- und wie in Executionibus Rerum Judicatarum & Inſtrumenti Guarentigiati vorhin gebräuchlich zu verfahren und zu procediren zugelaſſen ſeyn, ſo ich durch einigerley Exception non obſervati vel inordinati Proceſſus Nullitatis, und was ſonſten in einige andere Wege Jure vel Facto hierwider eingewandt und angezogen werden könnte, nicht verhindern, ſondern ich thue vielmehr deren mit freyem Wiſſen, Willen und Vorbedacht mich begeben und verzeihen, ſo, daß mich auch nicht ſchützen ſolle, ein Geiſt- oder Weltliches Recht, Reichs-Abſchied, Indult, Moratorium, Quinquenel, Satzung, Arreſt,

reſt, Freyheiten, ſo jetzt ſeyn, oder ins künfftige aufgerichtet oder erdacht werden, und auf einigerley Weiß und Wege mir und meinen Nachkommen zu gut kommen möchten, inſonderheit aber der bereits oben gemeldten Exception nicht bezahlten, oder zu Nutzen angewandten Geldes, daß die Sache anderſter als geſchehen vorgebracht, Betrugs, Liſt, Forcht, Zwangs, Ueberredung, Vernachtheilung, auch über die Helffte verſteilten Contracts und Verhandlung, Wiederklage, Compenſation, Wiederherſtellung in vorigen Stand, oder daß einer ſelbſt zu ſeiner Schuld ſich nicht ſollte verhelffen, und in Summa anderer Einreden, ſie mögen Nahmen haben wie ſie wollen, auch Menſchlicher Sinn und Witz zu meinem Vorſtand in genere & in ſpecie erdencken und erfinden möchte, und mir ſonſten zu ſtatten kommenden Beneficiorum, im geringſten nichts ausgenommen, ins beſondere aber dererjenigen, ſo ohne Special-Benahmſung ſonſten nicht verſtanden werden, als wann dieſelbe ſamt und ſonders anhero geſetzt und ausdrücklich benahmſet wären.

Deſſen allen zu wahrer Urkund habe ich vor mich, meine Erben und Nachkommen gegenwärtige Obligation ausgefertiget, und ſelbige nicht nur mit meinem Adelichen Pettſchafft und eigenhändiger Subſcription bekräfftiget, ſondern auch in vim Hypothecæ quaſi publicæ durch drey hierzu requirirte Gezeugen, welche die Bezahlung obig gemeldter Gelder mit angeſehen und beygewohnet, durch ihre Unterſchrifft, jedoch Ihnen und den Ihrigen ohne Schaden mit corroboriren laſſen. So geſchehen Onolzbach den 23ten Monaths-Tag Aprilis des Ein Tauſend Sieben Hundert und Sieben und Dreyßigſten Jahr.

Die baare Bezahlung obiger<br>
15000. fl. atteſtiren requirirter maßen als Gezeugen.

(L. S.) Chriſtoph Guſtav von Lentersheim.

J. Amts-Vogt und Richter zu Alt- und Neuen Muhr. Ludwig Adam Enßlin. (L. S.)

(L. S.) Johann Nicolaus Schmidt, Gemeinſchafftlicher Pfarrer, als Zeug.

(L. S.) Nicodemus Georg Götter, Steuer-Einnehmer und Burgermeiſter in Landshaußen, Zeuge.

OBSER-

## OBSERVATIO CXIX.

### *Devaſtatio Sylvarum dicenda eſt*, wann der junge Anflug durch das Geißen-Vieh, oder ſonſten abgetrieben wird, oder die angelegte Gehaue nicht geſchonet werden.

SI Sylva devaſtatur, Mandato S. C. locum eſſe Blum. (*num. 141.*), & Roding. (*§. 80.*) jam annotarunt. *Intellige*, inquit b. de Ludolf (*a*) *in Præjudicium Actionis ſub Judice pedentis, vel ut alter in ſuo Jure detrimentum patiatur.* Nam ita erit caſus non facile reparabilis damni (*b*). In caſibus verò obviis quæſtio haud paucis dubiis expoſita eſt, quænam facta pro devaſtatione ſylvarum habenda ſint, ita ut Supplicanti ex ejusmodi facto damnum irreparabile imminet. Varias b. de Ludolf eam in rem exhibet conſiderationes generales (*c*).

Specialem ſuppeditant Patentes emiſſæ in cauſa zu Wiedt-Runckel Graf Johann Ludwig Adolph contra ſeine Unterthanen des Kirchſpiels Urbach, puncto devaſtationis Sylvarum d. 8. Octobris & 24. Decembris 1743.

Fiant Patentes in conformitate priorum de 23. Julii 1734. in terminis magis ſeriis an die Gräfliche Wiedt-Runckeliſche Unterthanen zu Urbach, mit dem weitern Anhang, den jungen Anflug auf keine Weiße durch das Geiſſen-Vieh oder ſonſt abzutreiben, die angelegte Gehäue zu ſchonen, ſich aller Thätlichkeiten in denen Wäldern zu enthalten, die ſchuldige, und in ſo weit hergebrachte Forſt-Dienſte geziemend zu leiſten, bey Vermeydung empfindlicher Geld- Leibes- oder anderer Straf, welche Sumtibus deren Unterthanen, mittelſt weiterer Kayſerlichen allerhöchſten Verordnung executivè eingebracht werden ſollen.

1mò. Fiant Patentes adhuc ulteriores contra die Gräfliche Wiedt-Runckeliſche Unterthanen des Kirchſpiels Urbach in Terminis maximè Seriis & ſequentis Tenoris: Ihre Kayſerliche Maje-

(*a*) *Syſtemat. Jur. Camer. Sect. I. §. 10. Num. XXIII.*
(*b*) Idem *citat. loc. pag. m. 106.* Moser Reichs-Hof-Raths-*Proceß Tom. I. cap. 2. §. 56.*
(*c*) *Tom. I. Obſervat. CIV.*

Majeſtät hätten mißfälligſt vernommen, welcher geſtalten beſagte Unterthanen, ohnerachtet derer wider ſie unter dem 23ten Julii 1734. und den 8ten Februarii 1742. ergangenen Kayſerlichen Patenten auf das neue ſich ſtraffbar unterſtanden, zur ungewöhnlichen Zeit das angehende Holtz zu hauen, die Waldungen quæſtionis auf eine unverantwortliche Weiß zu veröſten, ſo dann ihrer Landes-Herrlich- und Forſt-Herrlichen Obrigkeit ſich freventlich zu widerſetzen. Wie nun Allerhöchſt gedacht Ihro Kayſerliche Majeſtät ſolches vermeſſentliche Beginnen zu ihrer derer Unterthanen ſchwehren Verantwortung auch ſcharffer Ahndung ausgeſtellt ſeyn laſſen.

Alſo würden dieſelbe ſamt und ſonders nochmahls ernſtlich erinnert, dem Implorantiſchen Grafen, als ihrer Landes-Herrlichen Obrigkeit den ſchuldigen Reſpect zu erweiſen, den Wald quæſtionis nicht zu veröſtigen, die vorgeſchriebene Wald-Tage zu halten, und ſich aller ſtrafbaren Thätlichkeit zu enthalten. Da ſich aber ein- oder der andere darwider zu handeln gelüſten würde, ſolle derſelbe ipſo facto in die Straf 20. Rthlr. (welche von demjenigen, ſo dieſer gerechteſten Kayſerlichen Verordnung nicht nachkommen würde, einzutreiben wäre) verfallen ſeyn, alles bey Vermeydung Sumtibus der renitirenden Unterthanen würcklich zu erkennenden Kayſerlichen Execution.

2dò. Cum incluſione harum Patentium fiat Reſcriptum an den Grafen zu Wiedt-Runckel, ſolche ſämtlichen Unterthanen des Kirchſpiels Urbach behörig zu publiciren und affigiren zu laſſen, mit dem Anhang, inskünfftige auf unverhofften Uebertrettungs-Fall, wie ihm vorhin ſchon gebühret hätte, die Attentata beſſer als geſchehen, zu beſcheinigen, damit Ihro Kayſerliche Majeſtät wegen der in hoc caſu ohnausbleiblichen Executions-Commiſſion um ſo gewiſſer Sich allergnädigſt entſchlieſſen mögen.

## OBSERVATIO CXX.

*Ad tollenda nova contra Conſtitutiones Imperii inſtituta vel aucta Vectigalia in Camera Imperiali impetrari poſſint Mandata S. C.*

JUriſdictionem Cameræ hoc in caſu in dubium vocatam fuiſſe, jam obſervavit b. DE LUDOLF (a). Enim verò



(a) *Obſervat. Tom. II. Obſervat. CCXXIX. pag. 682. ſeq.*

*Artic. XXIII. Capitulationis Joſephinæ* qui dubiis anſam dedit, in Carolina, CAROLI nempe VI. ut & ſequentibus, nec non Perpetua haud ſine ratione omiſſus. Eandem perſpicere licet ex Monitis Principum de Anno 1653.: Daß Fürſten und Ständen, auch in den Zoll-Streitigkeiten, des Reichs-Satzungen und Herkommen nach, Electio Fori gelaſſen, und ſolchemnach dieſer Articul deme gemäß geändert und abgefaſſet werden möge, uti & de Anno 1658.: Daß in denen Zoll-Sachen dem Cammer-Gericht die Concurrentia Jurisdictionis nicht zu entziehen, vielweniger die daſelbſt ſchon Rechts-hängige Sachen an den Reichs-Hof-Rath zu avociren.

Nec obloquitur Dn. MOSERUS: de Praxi potius conformi Imperialis Aulici Judicii teſtatur. De Camerali teſtis eſt idem DE LUDOLF (*b*): neminemque dubitare ſinit recentius in cauſa Riedeſel zu Eiſenbach contra Fulda, d. 21. Auguſti 1753. ex capite facti nullo Jure juſtificabilis decretum Mandatum de tollendo novo contra Conſtitutiones Imperii inſtituto Vectigali, nec non reſtituendo S.C.

Adhæc notandum, Partem impetratam exhibuiſſe quidem Exceptiones ſub- & obreptionis, minime verò Exceptionem fori declinatoriam, quemadmodum fieri debuiſſet, juxta ea quæ apud RODINGIUM (*c*) leguntur, ubi dicitur, quod ſolus Imperator de novis teloniis judicare debeat.

## OBSERVATIO CXXI.

*In eruendo fundamento adæquato diverſitatis Proceſſuum primæ Inſtantiæ Supremorum Imperii Tribunalium, conſideranda eſt via executiva, prout vel prorſus non vel diverſimode in cauſis primæ Inſtantiæ locum habet; ex qua etiam veram Mandatorum indolem cognoſcere licet.*

§. 1.

Fundamentum diverſitatis Proceſſuum Primæ Inſtantiæ Supremorum Imperii Tribunalium ita conſtituendum eſſe, ut ſingulos Proceſſus eidem ſuperſtruere liceat, nemo diffitebitur. Jam

(*b*) *Syſtemat. Jur. Camer. pag. m. 107.* & *Sentent. Camer. 894.* conf. BLUM. *Tit. XXXIV. num. 146.* ANDLER. *T. 2. Conſtitut. Imper. voce* Zoll. DECKHER. *Proceſſ. inform. pag. 33.* LAUTERBACH. *lib. 39. ff. tit. 4. §. 24.* LYNCKER. *ad Capitulat. Joſeph. Artic. 23.*

(*c*) *Lib. 1. tit. 1. §. 9.* & *lib. 1. tit. 12. §. 83.*

Jam vero pone diverſitatem Proceſſuum efficere diverſa Jura , quæ Summis Tribunalibus in prima Inſtantia ab iis proponuntur qui ſe læſos putantes Judiciarium Cæſareæ Jurisdictionis auxilium implorant , prout nempe illa vel omnes Exceptiones excludunt vel non , junge quoque iisdem diverſitatem modi Jus ſuum proponendi ; inde haud derivabis Proceſſum Reſcripti neque C. neque S. C. , nec explicabis , cur hic potius quam Proceſſus Mandati obtineat. Si Inſtrumentum Obligationis Guarentigiatum , & Clauſulam conſtituti Poſſeſſorii , imo & Juramentum continet , contra Jus Actoris ex eodem nulla Exceptio locum habet , nihilominus Proceſſui Mandati S. C. locum non facit , ſed Proceſſui Reſcripti S. C. in Judic. Imperial. Aul.

Sit etiam quod Jus Actoris Exceptiones adhuc admittat , ex 3. reliquis Capitibus tamen Proceſſus Mandati S. C. locum haberet niſi fundamentum iſtud cum illo principio falſo coincidat , quod non niſi ob factum nullo Jure juſtificabile Mandatum S. C. decerni queat. Illud demum factum nullo Jure juſtificabile dicendum , quod excludit quoque Beneficium Proceſſus Ordinarii : hoc verò excluditur vel ſpontanea renunciatione expreſſa vel tacita , vel ipſo Jure , velut in tribus caſibus reliquis.

Nec ex iſtis fontibus derivabis Proceſſum communicativum , nec mixtum ex ordinario & Proceſſu Mandati.

§. 2.

Conſidera vero viam executivam , & diverſitatem cauſarum , prout ordinariæ vel ſummariæ ſunt : Diſtingue illam in duriorem & mitiorem, prout pœnam annexam habet vel non, literis cuivis Patentibus vel clauſis factum compeſcit; ſingulæ inde prono alveo fluunt Proceſſus primæ Inſtantiæ ſpecies. Aut enim in Cauſis primæ Inſtantiæ via executiva locum habet aut non. Cauſæ ſunt vel ordinariæ vel ſummariæ. In prioribus locum habere viam executivam , Jus & ipſa ratio refragatur, ſed Proceſſu ordinario tractandæ ſunt ; Inde Proceſſus Citationis. In Summariis autem locum habet. Sed vel absque prævia cauſæ cognitione vel ea prævia, viaque vel durior vel lenior. Si cauſa ſummaria admittit viam executivam duriorem ſine prævia cognitione, velut ſi factum nullo jure juſtificabile, vel peri-

culum in mora vel damnum irreparabile, vel pernicies Reipublicæ imminet, inde Proceſſus Mandati S. C. ſi autem via executiva leviori eadem cauſa ſummaria nulla prævia cauſæ cognitione tractanda; inde Proceſſus Reſcripti S. C. Si è contrario in cauſa ſummaria viam executivam præcedere debet cauſæ cognitio, inde Proceſſus Mandati C. C. quoties via duriori; Reſcripti C. C. quoties via leniori incedendum. In reliquis cauſis ſummariis via executiva locum non habet; ſed nec ordinarius Proceſſus; inde Proceſſus communicativus.

§. 3.

Indeque in Judicio Imper. Aul. Proceſſus mixtus ex ordinario & Proceſſu Mandati, viaque executiva vel in totum vel pro parte tantum, velut in cauſa principali minimè in acceſſoria, ſaltem in fine tantum, non vero ratione inſtructionis locum habet. Inde Proceſſus mixtus ex ordinario.

Punctus namque Liquidationis damnorum & expenſarum pro diverſo gradu liquiditatis quæ ab initio ſtatim apparet, vel longiorem requirit diſcuſſionem, vel non. In caſu priori diſcuſſio puncti iſtius ad ſeparatum remittitur, uti in cauſa Helffenſtein contra die Verwittibte Gräfin zu Leiningen-Weſterburg, per Concluſum de 14. Martii 1743. fiat petitum Mandatum S. C. de ſolvendo aut dimittendo hypothecam ſub pœna 5. Marcarum auri, cum Termino 2. Menſ. annexa Citatione ſolita. 2.) So viel aber die eingeklagte Damna & Expenſas betrifft, injungatur parti adverſæ ſich darüber ſub Termino 2. Menſ. vernehmen zu laſſen: ut enim Communicatio Exhibiti decernatur, opus non eſt, quia Exhibitum cum Mandato communicatur. Qui Proceſſus ſeparatus ordinarius eſt, in Duplicis ſubſiſtens.

E contrario igitur, ſi Damna & Expenſæ longiorem diſceptationem non requirunt, Mandato ſtatim adjudicantur, punctus Liquidationis autem ſeparato quoque Proceſſu diſcutitur, qui tamen ratione Inſtructionis tantum ordinarius eſt, ad Duplicas progrediens, ratione finis autem naturam Proceſſus Mandati retinet, adeo ut loco Sententiæ Paritoria feratur, omiſſa Actorum Inrotulatione; prout apparet ex Concluſis in cauſa Reichs-Ritterſchafft in Francken Orts Gebürg contra Brandenburg-Culmbach, in puncto illiciti Recurſus derer Lindenfelßiſchen Unterthanen de 9. Auguſti 1720. - - Fiat petitum Man-

Mandatum Sumtuum & Expenſarum Reſtitutorium: & d. 29. Julii 1723. -- -- Fiat Paritoria cum Extenſione ad nova, **auch mit der Auflage, auf die** à parte impetrante in Exhibito de 13. Junii 1721. **übergebene** Liquidationem Expenſarum ſub Termino duorum Menſium **ſich vernehmen zu laſſen, da im widrigen Fall mit deren** Taxation ex officio **auf weiteres förmliches Anruffen verfahren werden ſolle.**

Quæ utique peculiaris hujus Proceſſus eſt indoles; quave adſtruere licet, dari quoque in Judicio Imperial. Aul. præter Proceſſum primæ Inſtantiæ Mandati, Reſcripti, Citationis, Communicationis, Proceſſum ex Ordinario & Proceſſu Mandati mixtum.

In Camera Mandata de reſtituendo, ſi de ablatis, & damno dato quæſtio, cum hæc à deciſione cauſæ principalis dependeant, plerumque decernuntur C. C.

§. 4.

Ex quibus & id perſpicitur, quod interdum in Judicio Imperial. Aul. à via Mandati S. C. ad viam Reſcripti S. C. & viciſſim ab hac ad illam recedi poſſit.

Lenitas nimirum viæ executivæ, & modus Referentis injuſtitiam factorum vivis coloribus depingendi Reſcripta Judicii Imperial. Aul. præ Mandatis S. C. commendant. His ex rationibus Reſcripta S. C. in cauſis decerni poſſunt, quæ tam ad Mandata S. C. qualificatæ, quam non: prout poſterius elucet ex cauſa **Rüd von Collenberg** contra **Weyland Philipp Adams von Berlichingen nachgelaſſener Kinder Vormünder Caſimir von Gemmingen,** utpote in qua loco petiti Mandati S. C. ob ſolam clauſulam conſtituti Poſſeſſorii Inſtrumento obligationis inſertam Reſcriptum S.C. d. 7. Auguſti 1743. emiſſum. Quemadmodum autem iſtis ex rationibus Reſcripta S. C. in cauſis decerni poſſunt, quæ tam ad Mandata S. C. qualificatæ quam non; ita ob easdem à via Reſcripti S. C. ad viam Mandati S. C. & viciſſim ab hac ad illam recedi poteſt. Prius fit ſi poſt emanatum Reſcriptum S. C. nova facta injuſtificabilia commiſſa, ſaltem priora continuata, adeoque duriori via executiva incedendum; quod factum in cauſa **Anthon Weyland des Herrn Biſchoff und Fürſtens Damian Hugens zu Speyer und Coſtanß Geheimen = wie auch Fürſtlich = Würßburgiſchen Geiſtlichen Raths,** contra **das Dhom =** Capitul

zu Coſtanß, puncto Arreſti, utpote in qua d. 5. Febr. 1743. loco Mandati S. C. Reſcriptum S. C. decretum: Poſtea verò exhibita allerdemüthigſte Anzeig fortwährender Thätlichkeiten, d. 16. Septembris 1743. Mandatum S. C. petitum decretum. Quodſi itaque è contrario poſt emanatum Mandatum S. C. factum tam injuſtum non apparet, quam antea, velut exhibitis Exceptionibus ſub- & obreptionis, ſaltem leniori via executiva cauſa tractanda; à via Mandati S. C. viciſſim ad viam Reſcripti S. C. recedi poteſt, ita ut loco Paritoriæ quæ in Regula Mandatum inſequi deberet, decernatur Reſcriptum vim Paritoriæ habens, ſicut in cauſa Augſpurg contra die Pfaltz-Neuburgiſche Regierung puncto Quartirii; Idque eo magis, quia modus tractandi cauſam citra ambages & præjudicium Partium ab arbitrio Judicis dependet.

Eam ob cauſam Judex loco petitæ Citationis Reſcriptum C. C. decernere poteſt, ſicut factum in cauſa Pauli Reinhard Nicolaus, Pfaltz-Zweybrückiſcher Rath und Obriſt-Bergwercks-Director contra Burgermeiſter und Rath der Stadt Franckfurth, und beyde Bürgerliche Collegia der 51ger und 9ner allda, puncto locati conducti: cum enim ſupplicaretur pro decernenda Citatione ad videndum Contractum initum de ſuſcipienda cura ædificandi Pontis ſuper Fluvio Mœno declarari abſque juſta cauſa factum, proinde ſeſe condemnari in Mercedem pro iſtius complemento conventam menſtruam 100. Imperialium tam pro præterito quam pro futuro una cum Uſuris à tempore moræ, expenſis & omni cauſa, concluſum, d. 5. Febr. 1743. Cum incluſione Exhibiti de præſ. 20. Dec. a. p. Reſcribatur dem Magiſtrat zu Franckfurth: Dem Impetranten Inhalts des Contracts Klaglos zu ſtellen, oder worinnen der Anſtand ſich ereigne, in Zeit 2. Monath ſeinen allerunterthänigſten Bericht an Ihro Kayſerliche Majeſtät zu fernerer Verfügung zu erſtatten: Nam in via Citationis Supplicans ambagibus Proceſſus ordinarii implicitus fuiſſet, valdè autem verôſimile erat, quod à facto, in quo intentionem ſuam fundabat, ipſemet receſſerit.

Imo nonnunquam in cauſa ſumme illiquida, attamen ſummaria, velut alimentaria & dotis, Judex ad evitandum ipſum Proceſſum communicativum via breviori incedit, communicationem nempe Exhibiti non ſimpliciter, ſed per Reſcriptum decer-

decernendo. Iſtud enim vim Reſcripti C. C. habet, conſequenter ſi Exceptiones exhibitæ irrelevantes deprehenſæ, ſtatim Reſcriptum Paritorium relaxari poteſt: Sicut Factum in Cauſa ſeq.

*Veneris 28. Novembris 1743.*

**Von Gudenus, Charlotta, und Henrica Franciſca Freyin von Elſter** *contra* **die Gräfin von Schönburg** *diverſorum Gravaminum, &c.*

Impetrantiſcher Anwald von Fabrice ſ. præſ. 16. Auguſti nup. übergibt allerunterthänigſte Vorſtellung und Supplication pro clementiſſimè non tantum ratione conſtituendæ Tutelæ vel Curatelæ ferenda Ordinatione conducibili, ſed inprimis etiam adverſus Matrem dictam Comitiſſam de Schœnburg impertiendo Mandato de præſtando Filiabus ſupplicantibus Dotem & reſpectivè Alimenta, edendo Inventarium vel juratam Specificationem, & Documenta mediante Juramento Manifeſtationis & Editionis, nec non Bona Materna dimittendo, deſuperque decernenda Commiſſione in D. Marggravium Carolum Auguſtum in Baaden - Durlach, item reſcribendo D. Duci Würtenbergico de non ſolvendo pretio Bonorum Paternorum, ut latius in nigro. Appon. Num. 1. in duplo.

Idem ſub præſ. 14. Octobr. nup. ſupplicat humillimè pro clementiſſimè maturanda Relatione Exhibiti d. præſ. 16. Auguſti a. c. nec non deferendo ejus Petito.

Cum incluſione Exhibiti de præſ. 16. Auguſti nup. reſcribatur der Gräfin von Schönburg, hinlängliche Erläuterung zu geben, was es mit der Implorantiſcher Seits angezogener Vätterlichen Verlaſſenſchafft vor eine Bewandnüß habe, mithin entweder das begehrte Inventarium, oder in Ermangelung deſſen juratam Specificationem beyzubringen, wie auch anzuzeigen, woher es komme, daß Implorantinnen bisher ihre Erb-Portion davon nicht erhalten, und wie Sie Gräfin, ſelbige ſo wohl ratione Dotis als Alimentorum zu befriedigen gedencke, anbeneben aber ſich auch darüber umſtändlich vernehmen zu laſſen, warum Sie weder nach Abſterben des erſten Ehe-Herrns einen Mit-Vormund vor ihre Kinder bey der Ritterſchafft erbetten, noch, da Sie ad ſecunda Vota geſchritten, dieſelbe bevormunden laſſen, weniger nicht ausführlich zu berichten, wie es ſo wohl mit der Vormundſchafft derer annoch vorhandenen minderjährigen Kindern,

als

als der Vormundſchafftlichen Rechnung beſchaffen, und wo Sie dieſelbige abgelegt. Allermaßen Ihr Gräfin zu allerunterthänigſter Befolgung deſſen allen ein Terminus von 2. Monath hiermit anberaumt werden.

§. 5.

Similis Surrogatio in Camera occurrit. Ubi enim Jurisdictio per ſe eſt fundata e. gr. ex Continentia Cauſæ, tunc ſæpius in reſpectum Status eminentioris Ordinis in locum Mandati S. C. ſurrogatur Mandatum C. C.

§. 6.

Quæ cum ita ſint, ſimul in propatulo jacet, quatuor Caſus (die vier Fälle,) adæquatas Mandatorum S. C. decernendorum Regulas eſſe.

Non adæquatas eſſe quatuor Caſus Mandata S. C. decernendi Regulas, nonnulli perſuaſum ſibi habent.

Provocant 1.) ad *Receſſ. Deputat. de Anno 1600. §. 30. 32. ſeqq.* de Obligationibus ſeu Inſtrumentis Clauſulas Executivas adjectas habentibus (*a*). Verum Caſus Obligationum cum Clauſulis Executivis, ſub generalitate caſus primi, facti nimirum nullo jure juſtificabilis continetur. Eo quidem non referebatur iſto tempore, quo Ordinatio Cameralis condita, quæ hanc ob cauſam diſponit *Part. 2. Tit. 23. princ.* in ſolchen und NB. andern Fällen, in denen vermög der Rechte à Præcepto ohne vorhergehende Erkanntnüß angefangen werden mag, ſollen und mögen durch Cammer-Richter und Beyſitzer Mandata ohne Juſtificatori-Clauſul erkannt werden, utpote quæ verba caſum Inſtrumentorum Executivorum concernunt. Unde etiam olim in Supplicis pro Mandato de ſolvendo fundamentum petendi ex *dict. tit. 23. Ordinat. Camer.* ſive dicta Clauſula deſumtum, prout docent Supplicæ apud Reichwein. (*b*). Poſtea verò dubitabatur, an non ſola Clauſula mit Recht ad viam Executivam ſufficiat, & *Receſſu Deputat. de Anno 1600. §. 32.* diſpoſitum, daß ſolches Wort: mit Recht, ad viam Executivam nicht zu extendiren oder zu erſtrecken, ſondern zu ordentlichem Weeg zu verſtehen ſeyn ſollen; da aber die Worte oder ohne Recht, ſo etwa

(*a*) vid. Klock. *Tom. 2. Conſil. 84. num. 20.* & *Tom. 3. Conſil. 87. num. 13.* Esbach. ad Carpzov. *Part. 1. Conſtitut. ult. definit. 27.*

(*b*) *Cap. 8. Tit. 2. per tot. pag. 531.*

**etwa mehr auf ſich haben, in der Haupt-Verſchreibung befunden, ſollen** Mandata, **doch in denen Perſonen und Sachen, ſo ohne Mittel an unſer Kayſerlich Cammer-Gericht gehörig, erkannt werden**; ut adeo jam in allegato Receſſu Deputationis Petitum pro Mandato de ſolvendo vel dimittendo hypothecam fundatum ſit. Ab hujus Legis diſpoſitione demum omnis exceptio maxime contra viam executivam remota, factumque omiſſivum ſolutionis nullo Jure injuſtificabile evaſit. Non itaque eſt, quod ob adductum Ordinat. Camer. Textum 4. Caſuum Regulæ ſatis cuique notæ inadæquatæ dicantur. Oſtendatur Caſus in quo de Jure communi à præcepto inchoari poſſit, qui non ſub iſtis contineatur. Quod caſus Inſtrumentorum Executivorum eo relatus non reperiatur, aliam rationem non habet, quam quod ſolum factum commiſſivum ſolutionis vel dimiſſionis hypothecæ in conſiderationem venerit, & primus caſus de delictis intellectus fuerit, prout verba *Ordinat. Camer. §. 23.* **für Strafwürdig und unrechtmäßig zu halten**, clare indicant, cum tamen & factum ſolutionis omiſſivum illi contrarium, licet delictum non ſit, ſimul conſiderandum fuiſſet, quo ipſo caſus ad Regulam caſus primi qualificatur. Neque obſtant *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 79.* verba: **Und andern in der Cammer-Gerichts-Ordnung und Reichs-Verfaſſungen enthaltenen Fällen**: iisdem enim Mandata *ſuper Conſtitut. de Arreſtis, Pignorationibus, Litigioſæ Poſſeſſionis, Concept. Ordinat. Camer. Part. 2. Tit. 22. 23. 24.* indigitantur; quibus tantum declaratum, quando factum pro nullo Jure juſtificabili vel in perniciem Reipublicæ vergente, adeoque ad Mandatum S. C. qualificato habeatur.

Quo etiam *Capitulationis Artic. 8. §. 9. de Inſtitutione novorum Vectigalium* pertinet, quamvis verò & hoc Mandatum ex capite facti nullo jure juſtificabilis decerni queat: cum impoſitio novorum Vectigalium aperte contra Capitulationes Cæſareas impingat, adeoque per Mandata S. C. mox tolli & abrogari debeat. (*Obſervat. LIX.*) Neque movent quidquam verba Legum Imperii, **daß nicht möglich alle Fälle, darauf** Mandata S. C. **erkannt werden mögen, unterſchiedlich zu erzehlen**, *Receſſ. Imper. de Anno 1594. §. 79. Concept. Ordinat. Camer. Part. 1. Tit. 25. §. 2.* Quoniam aperte de caſibus ſingularibus loquuntur, quos 4. illi Caſus ſpeciales ſub ſe complectuntur.

Tantum abeſt igitur, ut ex dictis textibus colligi poſſit, dari alios caſus Judicis arbitrio relictos, ut potius ejusdem arbitrium ad regulas dictas alligatum fuerit, ne, ut bene ait DE COCCEJ. (*c*) Mandata quæ fines horum 4. caſuum egrediuntur, non juris, ſed prædonum Proceſſus, non Juſtitiæ, ſed injuriæ Executiones ſint.

Eaque propter quodſi narrata Supplicæ pro Mandato probata, neque tamen factum nullo jure juſtificabile, neque periculum moræ, damni irreparabilis, vel perniciei Reipublicæ apparet, petitum Mandatum S. C. Jure denegatur, ſicut factum in cauſa Judicii Imperial. Aul. **Speidel** contra **den** Magiſtrat **zu Eßlingen**, puncto non ſervati Protectorii d. 9. Martii 1743. Eoque minus hoc in caſu petito deferri potuit, quia conventio inter Sereniſſ. Duc. Würtenberg. & Civitat. Anno 1674. inita, **beyderſeitige Unterthanen und** reſpectivè **Inwohner**, tam in cauſis civilibus quam criminalibus **einander zu** ſiſti**ren**.

Nec ſufficit pro regula venditare, toties Mandata S. C. decernenda eſſe, quoties de Jure Implorantis & defectu Exceptionum quæ implorato competere poſſent, certo conſtat. Id enim perinde eſſet, acſi pro regula Mandata S. C. decernendi, factum nullo jure juſtificabile poneretur, ſiquidem factum quod Juri ſine omni exceptione repugnat, nullo jure juſtificabile eſt. Hanc verò regulam adæquatam eſſe, opido falſum eſt. Equidem b. DE LUDOLF (*d*) falli illi viſi, qui 4. caſus ita ſeparant, ut ad ſingulos Mandata decerni efflagitent; isque adeo neceſſariam in 3. caſibus reliquis facti nullo jure juſtificabilis concurrentiam ſupponit. Caſus autem Mandati de non ſolvendo ſeu de arreſtando S. C. contra debitorem debitoris mei (*e*) ob ſolum periculum in mora, damnumque irreparabile ad Mandatum S. C. qualificatus cenſetur, etſi Inſtrumentum clauſulis executivis munitum, adeoque factum nullo jure juſticabile deficiat (*f*). Ipſe b. DE LUDOLF hoc in caſu tantum demonſtrationem periculi præſentis & difficulter reparabilis requirit (*g*). Cui

(*c*) *dict. loc. num. 40.*
(*d*) *Syſtemat. Jur. Camer. pag. 112. Num. 44.*
(*e*) apud BLUM. *Tit. 34. num. 168.*
(*f*) MOSER. Reichs-Hof-Raths-*Proceß tit. 1. cap. 2. §. 82.*
(*g*) *citat. loc. pag. 112. Num. XLIV.*

Cui accedit, quod tunc demum dicendum ſit nullas Implorato Exceptiones competere, ſi non ſolum contra Jus in quo Implorans intentionem ſuam fundat, ſed & contra modum procedendi ſeu viam executivam nullæ competunt: alias ſi obligationi Juramentum inſertum, Exceptiones nullæ implorato contra Jus Creditoris inde reſultans ceu Juramento confirmatum competunt, utique autem contra viam executivam, utpote in quam non conſenſit, ſicut in caſu clauſularum executivarum obligationi adjectarum. (*Obſervat. CXVII.*)

§. 7.

Plura adhuc ſunt, quæ ex ſupra deductis fluunt conſectaria: quandoquidem Proceſſus Mandati executivus eſt, idcirco Mandata ad remedia coactiva duriora referenda ſunt: etſi aliud ſit, Proceſſum eſſe executivum, aliud eundem ab executione inchoari.

Vi *Receſſus Deputat. de Anno 1600. §. 31.* & *Concept. Ordinat. Camer. Part. 2. Tit. 25. princ.* Proceſſus Mandati quidem ab executione videtur inchoari.

Executio autem ibidem pro reali, captura nempe perſonæ vel rei litigioſæ, ſeu immiſſione in eandem non accipitur, ſed pro *præcepto*, à quo Proceſſus Mandati inchoatur. Quod vero illud ipſa executio nondum ſit, quisque facile perſpicit, modo attendat ad ea, quæ de Mandatis ulterioribus, arctioribus & paritoriis Jura notoria diſponunt.

Viam ad executionem præceptum illud eſſe, nemo negabit: quam ob cauſam quoque Mandata viæ executivæ nomine veniunt *Ordinat. Camer. Part. 2. tit. 23. Receſſ. Deputat. de Anno 1600. §. 2. & 33.* Aſt & nomen monitorii *in Ordinat. Camer. de Anno 1517. §. 11.* ſortiuntur, æquiparata monitorio illi, quod poſt rem judicatam ante executionem adhuc Jure communi decernendum eſt.

§. 8.

Quemadmodum itaque jam durum, ſi Proceſſus à præcepto inchoatur, remediaque leniora durioribus præferenda, ita & duriora omni modo præcavenda, eoque magis, ſi adverſus Electorem vel potentiorem adhibenda.

Ea ex ratione, quamvis ante *Receſſum Deputat. de Anno 1594.* ad nuda ſupplicantis narrata Mandata S. C. decreta fuerint;

rint; dicto tamen *Receſſus* §. 79. cautum, ut ſubditi narrata ſua contra Dominos veriſimiliter probent: idque dein *Receſſ. Imper. Noviſſ.* §. 79. ad non ſubditos extenſum, generaliter ſanciendo: Alle Supplicanten ſollen ihre Narrata zugleich etlicher maßen beſcheinen: quæ particula *aliquo modo* etlicher maßen *in Concept. Ordinat. Camer. citat. loc.* magis determinata, verbis: Da die Narrata nicht veriſimiliter beſcheinet.

Unde eſt, quod b. de Ludolf (*Syſtemat. Jur. Camer. Sect. I.* §. *10. pag. m. 94.*) crediderit, *ex centum Mandatis S. C. olim decretis vix tertiam, imo decimam partem per Sententias fuiſſe confirmatam, id vero in hodiernis ſeſe habere modo inverſo, quod Mandata S. C. longe difficilius impetrentur.*

§. 9.

Præterea autem ille & hoc obſervat, (*citat. loc. Sect. II.* §. *2. pag. m. 188. ſeq.*) eum, qui pro denegandis Proceſſibus Appellationis ſupplicat, ſemper mulctari uno Floreno, quod refugium appellantium ſit Camera Imperialis, neque deceat partem, ut petat Appellantem repelli.

Sane nec in Judicio Imperiali Aulico tale petitum attendi, ſed niſi Exhibitum penitus rejiciatur, ad Acta tantum poni, ſeu inter narrata Protocolli referri ſolet. Ita enim in Cauſa Schultz und Conſorten, Fürſtlich-Mecklenburgiſcher Zoll-Bediente zu Boitzenburg contra den Burgermeiſter Peter Manecken allda, decretis Literis pro informatione, exhibebatur allerunterthänigſte Vorſtellung und beſcheinigte Anzeige, in hac cauſa gantz fugloſer Dings unternommener Appellation, mit Bitte, pro clementiſſimè repellendis querulantibus à limine hujus Judicii, cum condemnatione in Expenſas & pœnam temere litigantium, ſed vero concluſum d. 19. Februarii 1743. 1.) Läßt man es bey dem in dieſer Appellations-Sache unterm 25ten Januarii a. c. erlaſſenen Kayſerlichen Reſcript lediglich bewenden, & interim 2.) ponatur Exhibitum partis appellatæ de præſentat. 5. Octobris a. p. ad Acta.

Unde etiam cum in Cauſa von Kayb Johann Carl, älterer Burgermeiſter und Schöff zu Franckfurth contra Bonaventuram Mohr von Mohrenhelm, conceſſo per Concluſ. d. 11. Maji 1742. petito Termino ad exhibendum Libellum Gravaminum ſub pœna Deſertionis, appellatiſcher Mohr exhiberet allerunterthänigſte Vorſtellung

ſtellung à Concluſ. Cæſar. de 11. Maji noviſſ. deſertæ Appellat. juncto humillimo petito pro nunc clementiſſimè caſſando ſub- & obrepto Termin. 2. Menſ. ad producendum Libellum Gravaminum, declarando Appellationem pro deſerta, & remittendo Cauſam ad Judicem à quo ad exequendum, d. 27. Junii 1742. concluſum: hat Appellatens Suchen nicht ſtatt, ſondern man läſt es bey dem Concluſo de 11. Maji nup. lediglich bewenden.

In Camera iſtiusmodi Supplica pro remiſſione cauſæ in complementum Juſtitiæ ad Judicem à quo, vel mavis pro Documento denegatorum Proceſſuum ad præcavendum ne Appellatio præſidium manifeſtæ iniquitatis ſit, admittitur, Decretoque prælocutorio locum facere poteſt, eo directo, ut appellans dubia ſuborta per iſtam ſupplicam prius tollat, quam Proceſſus decernantur. Velut: noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern wofern Supplicant das Decretum vom 14ten Decembris a. p. in beglaubter Form übergeben, und inhæſivitatem Decreti à quo aus dem Weeg räumen, weniger nicht, daß von voriger Inſtantz an die Höchſte Reichs-Gerichte immediate appelliret werde, dociren wird, ſoll ferner ergehen, was Recht iſt. Sicut in cauſa Chyſen contra von Blanche d. 21. Aprilis 1752.

Aliter vero ſeſe res habet in Judicio Imperiali Aulico ſi in Cauſa Mandati S. C. contra Electorem vel alios Status potentes petiti, ab hoc, exhibendo declarationem pro repellendo eventualiter querulantem à limine Judicii, ſupplicatum fuiſſet.

Declaratione iſta ſupplicanti ad contra ſe declarandum communicata, facilius apparet, num veroſimiliter narrata Supplicæ probata ſint, vel adhuc probari poſſint, numve iis probatis vel factum nullo jure juſtificabile, vel periculum moræ, perniciei reipublicæ, vel damni irreparabilis ſubſit, ſicque eo facilius via executiva contra potentiores præcaveri, vel eo tutius adhiberi poteſt.

Ita in Cauſa zu Wiedt-Neu-Wiedt Graf Friederich Alexander contra das Ertz-Stifft Trier, ille ſupplicabat pro decernendo Mandato de non impediendo libero tranſitu per vias & flumina, deſiſtendo ab omni vi & Repreſſaliis Jure & Conſtitutionibus Imperii prohibitis, relaxando captivos & res arreſtatas, tollendo milites in finibus poſitos cum omni impedimento, & non ulterius offendendo, reſarciendoque damna & injurias cum omni cauſa. Hic vero exhibebat, allerunterthänigſte eventuale

Anzeige und Erläuterung der in Betreff dieſſeitig vorgekehrter Noth-wehr, ex adverſo etwa äußernder Klage, mit Bitte, pro clementiſſimè declarationem hanc pro ſufficienti agnoſcendo, repellendoque eventualiter querulantem à limine hujus Judicii, atque ad parendum Ordinationibus Cæſareis retro petito modo ſerio adigendum, concluſumque d. 3. Novembris 1742. 1.) Communicetur die Churfürſtlich-Trieriſche Erklärung ſub præſentat. 29. Octobris nup. dem Grafen zu Neu-Wiedt zur Gegen-Erklärung, & 2.) ponatur interim das Gräflich-Wiedtiſche Exhibitum ſub præſentat. 20. Auguſti nup. ad Acta, um hiernächſt auch hierüber die Rechts- und Reichs-Satzungs-mäßige Kayſerliche Verordnung nach Befinden ergehen zu laſſen.

§. 10.

Quibus ita deductis in eo lubentius aſſentientur, qui cum Dn. MOSERO (Reichs-Hof-Raths-*Proceß Tit. 1. cap. 3. §. 18.*) ſtatuunt, Electores in hoc paſſu regulariter mitius haberi, ita ut contra eosdem non tam libere, ſed ſaltem pro facti qualitate Mandata decernantur; tam quod in Imperio Suprema ab Imperatore dignitatis ſubſellia occupent, quam quod propter plurimorum potentiam, ſi durius habeantur colliſiones metuendæ ſint. Cui vero Sententiæ ſubſcribere valde hæſito, ſic potius ſentiens: in regula contra Electores non minus, quam reliquos Imperii Status Mandatis S. C. locum, nec peculiares facti circumſtantias exigendas eſſe, nam *Ordinatione Camerali part. 2. tit. 23.* indiſtincte ſancitur, contra quosvis Jurisdictioni Imperii immediate ſubjectos, nulla facta perſonarum differentia, Mandata decerni poſſe, verbis generalibus: zwiſchen den Partheyen an das Cammer-Gericht gehörig. Multa quoque Mandatorum S. C. contra Electores in ſpecie contra Brandenburgicum & Colonienſem in Judicio Imperiali Aulico decretorum mihi nota ſunt præjudicia.

Vi ipſius *Ordinationis dicti Judicii tit. 6. §. 11.* ab ipſo Dn. MOSERO allegatæ, irregulare quid eſt, ſi inter perſonas in ordine ad decernendum Mandatum S. C. diſtinctio fit; tantum abeſt igitur, ut ille locus evinceret, regulariter contra Electores Mandatis S. C. locum non eſſe.

Ceſſat colliſionis metus. Quo Juris enim colore ad indecorum hocce remedium refugerent ii, qui ipſi Leges publicas

uſum

uſum Mandatorum S. C. indiſtincte confirmantes, ceu Autores principaliores, accedente reliquorum Statuum & Imperatoris conſenſu condidere?

In eo quoque à veri tramite recedit Dn. MOSERUS aſſerens, facilius loco paritoriarum ipſis præfigi terminos ad parendum. Etenim tam Statibus potentibus quam minus potentibus 2. vel 3. Termini ad parendum communiter præfiguntur; adeo ut ſi Mandato S. C. decreto, impetrans facta ejus reproductione, conquerendo de non facta paritione pro Mandato ulteriori vel paritoria ſupplicet, loco utriusque concludatur: detur parti impetratæ ex officio Termin. 2. Menſ. ad parendum: ſique hic non minus fruſtra elapſus, Terminus ulterior, ac porro ultimatus præfigatur, eoque demum facto durante rei contumacia paritoria inſequatur, cum è contrario ſi reus pro Termino ad producendas Exceptiones ſupplicat, Concluſum fiat: detur petitus Terminus 2. Menſ. ſed ad parendum.

Verum enim vero ex dictis rationibus id fluit, quod depoſitiones teſtium juratæ eſſe debeant, ſi Mandatum S. C. iſtis in caſibus decernatur, cum alias, quia in cauſis Mandatorum ſufficit, etlicher Maaßen, in etwas Poſſeſſionem vel quaſi, factave turbativa probaſſe, opus non ſit, ut teſtes eum in finem producti jurato depoſuerint, modo appoſite, velut de quaſi poſſeſſione Juris venandi in loco quæſt. & turbatione depoſuerint an Eydes-ſtatt, coram Notario & Teſtibus, imo Atteſtatum ſufficiat, mit dem Erbieten, daſſelbe Eydlich zu erhärten. Ita in Cauſa Ritter & Conſort. contra Chur-Trier, d. 15. Julii 1743. concluſum: Würden die Impetranten die Zeugen legaliter und jurato abhören laſſen, auch die angezogene quaſi Poſſeſſion in loco quæſt. wie auch die Actus turbativos beſſer als beſchehen in Termin. 2. Menſ. beſcheinigen, ſo ergehet fernerer Beſcheid. Citatio tamen ad videndum jurare teſtes neceſſaria non videtur, quia ad probationem ordinariam requiritur, cui in ſummariiſſimo locus non eſt: prout quoque ſervatum in Cauſa von Schönthal contra von Bangen, d. 1. Auguſti 1743.

OBSER-

## OBSERVATIO CXXII.

### *De certamine inter Scabinatum & Officialem Leodienſem ſuper Curatela mente captæ fœminis delata.*

QUamvis Jure cautum reperiatur, Tutelam æque ac curatelam munus publicum & virile, ſexus fœminini excedens infirmitatem; ac proin mulieres, excepta Matre & Avia ab iisdem arcendas eſſe: id tamen de minoribus tantum valere videtur, cum tamen hic in caſu verſemur, imbecillem ſeu mente captam concernente. Sicut autem inter minorem & furioſum ſeu mente captum nulla datur differentia, iidemque eadem Lege judicantur, *l. 9. ff. de acquir. hæred. l. 2. l. 3. ff. de Jure Codicill.*), ita quoque reſpectivè eorum Tutores & Curatores in omnibus & quoad omnia æquiparandi ſunt.

Qua omnimoda & adæquata paritate inter furioſos, imbecilles ſeu mente captos & minores, eorumque Tutores ac Curatores poſita, neceſſaria conſequentia inde fluit, quod ſicut Mulieres omnes, excepta Matre & Avia propter maximam præ aliis affectionem, à Tutela Minoris ſeu Pupilli excluduntur, ita pariter etiam à Curatela imbecillis vel furioſi, mente captive Matre & Avia exceptis removeantur.

Et quemadmodum ætates Puerorum ac Senum aſſimilantur, ita multo magis Fœminæ tam altæ ac provectæ ætatis, ut ipſis intellectus deſit, qui ad adminiſtrationem tam momentoſi negotii requiritur, à Curatela Fœminæ furioſæ repellendæ ſunt: cum incivile ſit eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum Tutelam & Curam ſubire, *§. 13. Inſtitut. de Excuſat. Tutor. vel Curator.* Quibus ex rationibus in cauſa Leodienſi Motter & Conſ. contra Jennet & Conſ. ad Supplicam pro plenar. Appellat. Proceſſ. placuit Decretum d. 28. April. 1752. Decernimus Fatalia ad 2. Menſ. prorogantes. Appellatæ enim Curatrices Fœminæ mente captæ conſtitutæ, vi Literarum Baptiſmalium reſpectivè octoginta, & Septuaginta duos ætatis ſuæ Annos agebant.

Nec pendente Appellatione curandæ deerat Curatela utpote à Scabinatu Appellantibus delata, & ab Officiali ſat inconſideratè abrogata, ut adeo Appellantes per Inhibitionem decernendam in poſſeſſione delatæ Curatelæ optimo Jure con-

ſervari

ſervari potuerint. Iterum nimirum hac in cauſa, uti in Halletiana Scabinatus & Officialis de Conſtitutione Curatoris furioſæ certabant. Et Officialis denominando tres Fœminas reſpectivè ſuper octogenarias, tanto muneri incapaces, in prima Juris rudimenta peccaſſe judicabatur.

Nec de conſuetudine Leodienſi Fœminas ad curatelam admitti poſſe, demonſtratum erat.

## OBSERVATIO CXXIII.

### *Arbitrio Judicis etiam in fine Relationis relinquendum, ut ponderatis rite circumſtantiis, æſtimet, quouſque fides Copiis Documentorum à Notariis vidimatis habenda ſit.*

COpias Inſtrumentorum calumnioſam ſcripturam i. e. fallacem & ad calumniam ſtruendam, fraudemque inferendam idoneam PAULUS *in l. 2. ff. de fide Inſtrumentor.* vocat.

